Poet. dram. græci

ἈΡΙΣΤΟΦΆΝΟΥΣ ΚΩΜΩΔΟΠΟΙΩ͂Ν
ἀρίστου ΠΛΟΥ͂ΤΟΣ.

Ariſtophanis Poëtę

COMICI PLVTVS, IAM NVNC per Carolum Girardum Bituricum & Latinus factus, & Commentarijs inſuper ſanè quàm vtiliſs. recèns illuſtratus.

EDITIO PRIMA.

Pertinet ad Bibliothecã S. Franc. Transtiberim ex Testam.to Ill.mi et Rev.mi D. Ascanij Rivaldi

Cum Priuilegio Regis.

PARISIIS,
Apud Mathurinum Dupuys, via Iacobæa, ſub inſigni hominis ſylueſtris, & ſcuto Frobenij.
M. D. XLIX.

PAR le Priuilege du Roy dóné à Nogent le 13. d'Auril, l'an de grace 1548. & de ce Regne le deuxiesme, M. Iaques Mesnage maistre des Requestes de l'hostel present, signé de l'Aubespine, est ottroyé à M. Charles Girard Docteur regét en l'Vniuersité de Bourges, faire imprimer à qui bon luy semblera vn certain liure intitulé Aristophanis Poëtæ Comici Plutus, par luy traduict en Latin & cómenté. Et est defendu à tous Imprimeurs & Libraires de ce Royaume, exceptés Chrestien Wechel, & Mathurin Dupuys, ausquelz a esté donné par le dict Autheur, de ne l'imprimer ny exposer en vente dás le temps & terme de six ans, commenceans au iour & datte que dessus, sur peine de confiscatió desdicts liures, & d'amende arbitraire, comme plus amplement est cótenu es lettres du Priuilege.

ILLVSTRISS. D. IANÆ NAVARRORUM Principi Carolus Girardus Bituricus S.

QVo tempore Attica regio disciplinarum & armorum gloria florebat, Princeps sereniss. laudibus mirum quantis Athenienses Mineruam eueherent, vt Athenarum scilicet suarum præsidem, cuiq; vni ferendum putarent acceptum, quòd cæteris nationibus armis & literis anteponendos se existimarent. Nulla inuidia, per nos quidem, fruiti sint sua Minerua Athenienses, modò Bituriges meminerint de capite Iouis, id est, ab ipso Deo Opt. Max. aliam Mineruam ipsis natam esse & factam, Atheniensium Minerua tanto me Hercule præstantiorem, quanto ea certiora sunt quæ oculis conspiciuntur, quàm ea sint quæ animi quadam imaginatione concipiuntur. Mutum illi tantummodo & surdum idolum coluere. Nos nostrã Mineruam, præclarißimam videlicet tuam matrem Margaritam, μαργαρίτην verè incomparabilem, πέπλῳ illo candido, auroque interlucenti distincto: hoc est & simplicitatis, & prudentiæ summo splendore nitentem, viuam cernimus & videntem: quæ non φαντασικῇ, & imaginaria opinione, sed ipsa re hancce Biturigum Academiam (vt de reliquis vrbis partibus taceam) in dies magis magisq; munificentißima liberalitate, prouidentia neque non singulari, pergit foue-

re & exornare, ipsa interim diuinarum humanarũque rerum peritißima, & illis vsque adeò ornata, vt si de prisca illa gente Attica vnus aliquis superesse posset, qui nostræ Mineruæ dicta, scripta, & facta æquo animo expenderet, in ea haud dubiè multo plura, & maiora experturus esset, quàm in sua cõminisceretur, & confingeret. Neque verò Atticus ille idẽ nobis terrificam suæ Palladis obiectaret πανοπλίαν, si secum reputaret nostrã Ἀθηνᾶν, opibus alioqui, & eximijs viribus insignem sua ἐλαίᾳ coronatam, nõ minus scitè & prudenter insanos belli tumultus sedare posse, quàm consultò, & potẽter posset prouocata hosti acre bellum mouere. Nam quod attinet ad perpetuam Atticæ Palladis virginitatem, si hinc nostram Palladẽ cẽseret inferiorem, hoc illis demum persuadeatur quibus sterilitas fœcunditate potior esse credatur. O nimis fœlicem matrem, quę nobis te alteram ædidit Palladẽ tot, tantisq; & animi & corporis dotibus conspicuã: Lubet hic externis præteritis, paucula tantùm, quæ ad diuinum animi tui vigorem pertinent attingere. Nemo hominum viuit, quin hoc tempore Gallicam linguam cum quarumcunque gentium linguis iudicet cõferendam, penè etiam ausim dicere præponẽdam. Tu matrem tuam linguæ huius peritiß. proximè imitata, vsque adeò cum illa iam videris æquanda, vt vel vno hoc nomine non immeritò quis te Gallicum dixerit παλλάδιον. Hoc primum specimen fuit, Princeps generosißima, quod facilè cunctis de excelso tuo animo dedisti. Deinde verò immensa ingenij tui vis

Gallico hocce ornamento non contenta, non prius conquieuit, quàm in Latium, N. Borbonio vſa duce & doctore eruditiſsimo, peruenerit: vbi velut expugnato, captoq́; Capitolio, ſic triũphas vt quis liquidò ſit deieraturus, Latinorum linguam tibi genuinam eſſe ac peculiarem. Quid autem quod ne iſta quidem animi tui ſatisfecerunt ſublimitati? in Atticum vſque ſolum ductore eodẽ ac præmonſtratore penetraſti: vbi prõptè, expediteq́ue, ſcripta tractas Attica. Quapropter dum ego in ἀκροπόλει illa Ἀττικῇ poſitam te animo cõtemplarer, mentem meam ilicò ſubijt cogitatio mihi lõgè iucundiſsima, quæ me perpulit, vt te adirem, tibi Atticum offerrem munuſculum. Plutum videlicet Ariſtophanicum, quem Atticè, & Latinè cum ſalibus atque facetijs res ſerias interim, & graues miſcentem, non ſine voluptate (ita ſpero quidem & opto) inaudies. Et quoniam ſat ſcio non defuturos qui tuis auſpicijs in Atticum agrum ire contendent, ne Plutus noſter hic cæcus illis eſſet, quomodo Plutum Chremyli quondam fuiſſe ferũt, viſum eſt in gratiam tyronum Commentariolis illum illuſtrare. Datum eſt memoriæ, clariſsima Princeps, ab Acropoli Mineruę canes olim arceri conſueuiſſe. Hoc ſymbolo intelligant maledici homines, ſuos dentes, & virulẽtiam linguæ prorſus hinc ſubmouendam. Id quod ſi minus intelligent, & imprudentes tuum Plutum morſicare, temeraréque tentabunt, Aegidem tuam θυσσανόεσσαν, δεινὴν, ἣν πέρι μὲν πάντῃ φόβος ἐστεφάνωται, id eſt, ſcutum tuum, ſpectatæ virtutis, fimbrijs inſignitum, formidabile, & de quo

horror prodit vndecunq;, obtrectatoribus illis obtende: certum est enim fore, vt eo conspecto, stupidi statim conticescant, atq; præ iracundia ringentes sua labra præmordeant. Tantum hoc mihi dicēdum superest, Quo tu modis omnibus Palladem τῶν Ἀθηναίων propiùs referre videaris, δυσβουλίαν nostram, id est, quę inconsultius à me hic dicta factáue fuerint, bene vortas. Quod si ita esse perspexero, tuam noctuam nobis volitasse fortunatißimus acclamabo. Salue & vale humanißima Princeps. Dominus Deus te nobis multa sæcula conseruet incolumem. Apud tuos Bituriges Nonis Aprilibus.

1548.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ πρόσωπα.	COMOEDIAE huius Actores.
1. Πλοῦτος.	Plutus.
2. Χρεμύλος δεσπότης.	Chremylus dominus.
3. Γυνὴ Χρεμύλου.	Vxor Chremyli.
4. Καρίων οἰκέτης Χρεμύλου	Cariō seru' Chremyli
5. Χορὸς ἀγροίκων.	Chorus rusticorum.
6. Βλεψίδημος.	Blepsidemus.
7. Πενία.	Penia.
8. Νεανίας.	Iuuenis.
9. Γραῦς.	Anus.
10. Δίκαιος ἀνήρ.	Vir iustus.
11. Ἕτερος ἀνὴρ ἄδικος.	Alter vir iniustus.
12. Συκοφάντης.	Sycophanta.
13. Ἑρμῆς.	Mercurius.

LECTORI.

PRogrediundum nobis non prius duxi, Lector, quàm te præmonerē, in omnibus exemplaribus, quæ certè mihi uidere licuit, quatuordecim personas huic Comœdiæ tribui, quas ordine propono descriptas. Verùm aut ego fallor, aut ex ijs quæ undecima est falso inscribitur, Ετερος ἀνὴρ ἄδικος: Legendum potius Ετερος ἀνὴρ δίκαιος. Personæ huic locus est, si quidem alibi usquam est, in ea scena, cuius principium habet ita, Αρ᾽ ὦ φίλοι γέροντες, &c. Omnino Δίκαιος ἀνὴρ est, non ἄδικος, qui anū ludit. quod uel hinc scias, quòd facetus sit, & amicus Chremyli, quiq; de eius domo prodiens lætus aniculæ ait, Ἐγὼ γὰρ αὐτὸς ἐξελήλυθα. Tū autem nemo gaudebat nemo beatus erat, qui idem Δίκαιος non esset. Amplius dico: undecimus ille actor ex hoc Catalogo prorsus est expungendus. Nam iustus qui illic anum ridet, ille ipse est qui sycophantæ misero paulò ante illuserat. In ea sententia ut sim, plurimùm facit, quod iustus ait, τί δ᾽ ἐστὶν, ἦ που καὶ σὺ συκοφάντρια ἐν ταῖς γυναιξὶν ἦσθα; Tu cùm eò uentum erit, utrum magis arrideat, dispicies. Illis, qui in locum Iusti Chremylum subrogarunt, quid in mentem uenisset, mirari satis nequeo. Leuius fortasse hoc fuerit, non tamen protinus mihi contemnendum. In hoc opusculo aliquot occurrerūt loca quæ alio, alióque modo accipi possunt, in his secutus ego sum, quæ tum mihi uisa sunt probabiliora. Nolim propterea quis meam interpretationem προκατάγνωσιν quendam esse putet, mecúmque censura agat seueriore.

ARGVMENTVM.

CHremylus vir ſenex, & idem pauper, auſterioris vitæ pertæſus, Apollinem conſuluit, num qua ratione duriorem vitam poſſet in mitiorem commutare. Roganti reſpondit Apollo, vt tẽplo egreſſus eum ſequeretur, in quem primùm incideret. Illi ergo exeunti obuius ſtatim factus eſt vir ſenio grauis, ſquallore horridus, præterea cæcitate egregiè calamitoſus. Is erat Plutus diuitiarum largitor, & Deus vulgò habitus. Chremylus Plutum ignorans, nihil, neque externam corporis eius imbecillitatem, neq; cultum contemptiſsimum, moratus, tantùm autem ſummo explendi oraculi ſtudio ductus, Plutum quālibet cæcum ſubſequitur. Poſtea Plutus inter viam cognoſcitur. Tandem ad ædes Chremyli perueniunt, vbi agitur de reſtituendo viſu Pluti, multa bona pollicentis, inopibus, qui modò probi eſſent. Ad Aeſculapium deducitur, à quo cæcitate liberatus, Chremylũ imprimis, deinde optimos quoſque multis cumulat diuitiis. Contrà, ſceleratos diuites opibus ſuis deſtitutos, pauperes reddit et luctuoſos. Quod poſtremum eſt Pluti numen eò celebritatis euadit, vt, ſummo etiam Ioue illi cedente, in templo Athenienſium colatur ſacratiore. Carion Chremyli ſeruus primus loquitur, grauiſſimè commotus, quòd ipſe vnà cum hero homũcionem cæcum ridiculè nimis, & abſurdè ſequi cogatur. Propterea ringẽs, & velut obtorto collo ſeſe agẽs, quæ proximè ſequũntur, ſecum vultuoſè ſubmurmurat.

ΚΑΡΙΩΝ.

Ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐστὶν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ,
Δοῦλον γενέσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου.
Ἢν γὰρ βέλτισθ' ὁ θεράπων λέξας τύχῃ,
Δόξῃ δὲ μὴ δρᾶν ταῦτα τῷ κεκτημένῳ,
Μετέχειν ἀνάγκη τὸν θεράποντα τῶν κακῶν.
Τοῦ σώματος γὰρ οὐκ ἐᾷ τὸν κύριον
Κρατεῖν ὁ δαίμων, ἀλλὰ τὸν ἐωνημένον.
Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.

CARION.

Dii boni quàm graue est insano seruire domino, & desipienti! Famulo etenim si continget vt etiam optima quæq; loquatur, dominus autem ea secus quàm dicta fuerint accipiat, seruum ineptiarũm domini cõsortem fieri omnino necesse est. Quandoquidem nescio qua Fortunæ inuidia comparatum videmus, vt is ius obtineat in corpus, non qui corporis est dominus, sed qui corporis emptor est. Et hęc, vt dixi, ita mediusfidius se habent.

Ὡς ἀργαλέον πρᾶγμα, Quàm molesta res est. Ab ἄλγος ἀργαλέος deducitur, τοῦ λ εἰς τὸ ρ, Attica τροπῇ mutato: Quomodo illis ποδαγρία pro ποδαλγία, effertur. ὦ Ζεῦ. Iouem κατ' ἐξοχὴν, à reliquis Dijs separat, quòd non modò Deus sit, sed Deorum omnium longè maximus. Tale est illud Homericum, Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα νηυσὶ πέλασσε, Troianos & Hectorem nauibus admouit. παραφρονοῦντος. Omnis seruitus suapte natura odiosa est, ea uerò demũ est odiosissima, qua qui sapit compellitur seruire insipienti. βέλτισθ', βέλτιστα. Post apostrophum articulus ὁ aspiratus præcedentem tenuem τ, in aspiratam θ, mutauit. [margin: ἀργαλέος.]

λέξας τύχῃ. Ad uerbum sonant, dicens fuerit: periphrasis est pro λέξῃ, dixerit. Est τύχῃ indefinitum β, subiunctiui, quod dat τυγχάνω uerbum anorme. Eiusdem modi & temporis est δόξῃ à δοκέω, quod sub uoce actiua passiuè significat. Δρᾶν. δράω uerbum [margin: τύχῃ. δόξῃ. δρᾶν.]

uerbum est ad facta & dicta commune. Hic de uerbis dici, & significare λέγειν, id est dicere, uerba illa λέξας τύχη apertè innuunt.

κεκτημένος. Non significat κεκτημένος qui possidetur, ut dictio præ se fert, sed qui possidet, ὁ κτησάμενος dominus. Scitum hoc satis, passiuas uoces Atticis subinde actiuè usurpari. τῶν κακῶν. Articuli ea est natura, ut de rebus certis, & de quibus facta prius mentio fuerit, dicatur. Hic cum generaliter, & sub incerto de malis & incommodis agatur quæ seruis contingunt à dominis, meritò τῶν hic abundarit. Non dissimili forma nuper dixit τὰ βέλτισθ'. Hoc ait: Quemadmodum dominus meus demens cæcum sequitur deridiculè, ita & me seruum insano quodam modo cæcũ sequi oportet, & cum ridiculo domino me simul deridendum omnibus propinare. σώματος pendet à κρατεῖν. ἐᾷ autem sinit, permittit, est à themate ἐάω. κύριον. Seruus quamlibet abiectus ab ipsa natura liber est, habetq; corporis sui dominium naturale Quod autem per seruitutem alij homini subijciatur, introductum hoc est de iure Gentium, quod iuri aduersatur naturali. Propterea seruum uocat κύριον, id est dominum corporis: dominum autem serui ἐωνημένον, emptorem, qui ius in seruum precio ab homine redemit, non autem, ut seruus, gratis à natura accepit. Perfectum Atticum est ἐωνημένον ab ὠνέομαι, sub uoce passiua actiuè, ut κεκτημένος, significans. Passiuum fuerit hoc modo: ἀνδράποδον ἐκ Σικελίας ἐωνημένον, mancipium è Sicilia emptum. ὁ δαίμων. Apud Græcos δαίμων, τύχη εἱμαρμένη, sic ἐπαμφοτερίζουσι, id est, modò in bonam, modò in malam partem accipiuntur, ut apud Latinos Fortuna, fatum, genius: utro autem modo accipienda sint, uel ex compositione cognoscas, εὐδαίμων, ἀγαθοδαίμων, genius bonus, bona fortuna. Contrà κακοδαίμων, δυσδαίμων, genius malus, aduersa fortuna. uel ex orationis argumento colligas, ut hic: non dubium enim quin δαίμων, fortunam notet iniquam, quæ pro suo arbitrio, non autem Carionis merito, Carionem cordatum hominem imprudenti Chremylo subiecisse uideatur. Adiecit poëta articulum ὁ, quo excellentia & maiestas quædam significatur, ut sit ὁ δαίμων, fatum illud ineuitabile, Fortuna illa quæ in rebus humanis bonorum & malorum author censetur, ne quis Carioni seruitutem exprobret, Dijs imputandam & fatis, quibus impellentibus Carion in hoc uitæ genus incidit. καὶ ταῦτα μὲν Δή. uoculæ hæ καὶ μὲν Δὴ, significant, & certè quidem, si κατὰ λέξιν reddas. Atticus mos est multas particulas ornatus, non necessitatis

Marginal notes: κεκτημένος. Passiua pro actiuis. Articulus. Seruitus. ἐωνημένος. δαίμων. τύχη. εἱμαρμένη. Fortuna. Fatum. Genius. Articulus. καὶ μὲν δή.

ceßitatis gratia componere. καὶ ταῦτα. *f.* ἔστι ταῦτα. *Et hæc ſanè ſunt hæc, id eſt, prorſus qualia eſſe dixi. Confirmat Carion quod hactenus mußitauit, ſimul ad aliud pergit.*

τῷ δὲ Λοξίᾳ,

ὃς θεσπιῳδεῖ τρίποδος ἐκ χρυσηλάτου,
μέμψιν δικαίαν μέμφομαι ταύτην, ὅτι
ἰατρὸς ὢν, καὶ μάντις, ὥς φασι, σοφὸς,
μελαγχολῶντ' ἀπέπεμψέ μου τὸν δεσπότην,
ὅς τις ἀκολουθεῖ κατόπιν ἀνθρώπου τυφλοῦ,
τουναντίον δρῶν, ἢ προσῆκ' αὐτῷ ποιεῖν·
οἱ γὰρ βλέποντες τοῖς τυφλοῖς ἡγούμεθα·
οὗτος δ' ἀκολουθεῖ, κἀμὲ προσβιάζεται.
καὶ ταῦτ' ἀποκρινομένου τοπαράπαν, οὐδὲ γρῦ.

Iam verò de Apolline, qui aureo de tripode oracula reddit, querar non immeritò. Ille etenim cùm eximius ſit (ita certè aiunt) & medicus & vates, dominum tamen ab ſe meum adeò dimiſit inſanum, vt hominem oculis captum ſequatur, eiusque inſiſtat veſtigiis. Hac in re hallucinatus planè, atque longè aliter ſe gerens, quàm eum deceat. Qui enim ipſi videmus, cæcis præimus. Hic contrà, cæco vtitur duce: quod ipſum & me facere cogit. Cuius erroris cauſam roganti mihi reſpondet, ne gry quidem.

Λοξίας, Apollinis eſt eponymum, illi, ut nonnullis placet, propterea inditum, quòd Apollinis id eſt Solis uia ſit λόξη, id eſt, obliqua. Nam ab oriente per meridiem fertur in occidentē uia inflexa & curua. Sunt quib. uideatur probabilius ideo λοξίαν appellari, quòd eius reſponſa tortuoſa ferè eſſent, & obſcura. Quale illud fuit Lacedæmoniis datū, fore ſcilicet ut argenteo ararent uomere, ſi Pliſtonacta, λοξίας. Pliſtonax.

 ſuum

ſuum regem ex alieno ſolo in ſuum non reducerent. Significabat enim hoc uerborum inuolucro, inutilem agrorum cultum, frugum penuriam, & earum pretium intolerabile futurũ: non ſecus quàm ſi in ipſa agricolatione argenteis uterentur inſtrumentis. Olim ſane quòd inuolutius & intellectu difficilius innuebant, de eo dicebant,

ταυτὶ τὸ ὅ, τί ἐστιν, οὐδ᾽ ἂν Ἀπόλλων μάθοι, id eſt,

Hæc quid ſibi uelint, ne Apollo quidem intelligat.

θεσπιῳδεῖν. Θεσπιῳδεῖ, θέσπια ᾄδει res diuinas canit: oracula enim fermè omnia metro ædebantur. Proditum eſt memoriæ Daphnen Tireſiæ filiam apud Delphos carmine uſqueadeo excellẽti uaticinatam, ut Homerus ipſe multa ex illius carminibus in ſuum poëma tranſtulerit. (Daphne.)

τρίποδος. Locus oraculorum ſpelunca erat profunda, obliquè ducta (unde Apollinem λοξίαν dici poſſe crediderunt) de qua, efflante numine, aura mittebatur in ſupernum os antri cui tripus imminebat. Erat tripus κρατὴρ μέγας ἐξ ἕς βάσεις καὶ πόδας ἔχων, id eſt, uaſtus crater, & uelut lebes tribus pedibus ſubnixus. In tripodem uirgo Apollini ſacra conſcendebat: illinc, hauſto diuinationis ſpiritu, oracula ſcitantibus reſponſura. Virguncula ὅλμῳ, id eſt, ſedi uaticinantis idcirco præficiebatur, ut puritatis, & innocentiæ ſymbolum eſſet. Cùm autem Echecrates Theſſalus Phœbadẽ, id eſt, Phœbi ſacerdotem formoſam rapuiſſet, uiolaſſétq;, lege lata ex eo ſancitum eſt, ut holmo præeſſet tantùm quæ quinquagenaria eſſet, quoniam mulieribus id ætatis oblatum ultium facilè cælatur. Demoſthenes oraculorum uanitatem, ſimulq́; ſacerdotum libidinem apertè coarguebat, cùm diceret Pythiam φιλιππίζειν, id eſt, cum Philippo facere: à Philippo corruptam eam ſignificans. χρυσηλάτου, compoſitum eſt hoc nomen à χρυσός & ἐλαύνω. ergo χρυσηλάτου, χρυσῷ ἐληλασμένου, qui ex auro ducebatur & conficiebatur. Fuerunt Apollinis oracula non ſolùm præſtantiſsimorum artificum operibus celebratiſsima, ſed & conſtructis ingentibus theſauris, in quos ſacræ pecuniæ conferebantur, opulentiſsima. Illuc omnium gentium confluxus fiebat, illuc regum, principum & præpotentum dona mittebantur confertiſsima. Traditum eſt, cùm ex Camilli uoto ad Apollinem munus eſſet mittendum, implendo autem uoto Romæ non ſatis inueniretur auri, Romanas mulieres corporis ornamenta in hanc rem contuliſſe. μέμψιν μέμφομαι, Attica eſt locutio, Queror querelam hanc iuſtam, id eſt, iuſtè Apollinem hoc nomine accuſo. ἰατρός. Apollinis tres ſunt præcipuæ uirtutes, uaticinium, medicina & muſica. Poſtremam, ut ad rem ſuam nihil pertinentem, Carion tacet: reliquarum ſic meminit, ut

(Margin: λοξίας. Tripus. ὅλμος. Echecrates Phœbas. φιλιππίζειν. χρυσηλάτης.)

Chremylo

Chremylo eas magis obfuisse sentiat, quàm profuisse. Apollo enim *Chremylum animi morbo non liberauit, quem ut insanum ab se misit. Quid enim stultius quàm cæcum subsequi? Vaticinium autē ita Chremylum turbauit, attonitúmq; reddidit, ut Carioni eum subinde interpellanti ne gry quidem respondere posse uideatur.* ὥς φασι, *ut aiunt, hoc modo ferè loquuntur, qui aliquid non satis credunt.* μελαγχολῶντα. *Melancholia ex humoribus coalescit frigidis & siccis: quæ aliquando in tantam euadit intemperiem, ut homines ea affecti, prorsum consternentur, atque à rationali abeant sensu. Quoniam itaque qui atra bile abundant, proximi sunt insaniæ, hinc fit ut* μελαγχολᾷν *pro insanire accipiatur.* κατόπιν, *à tergo, ponè,* ὄπισθεν. *sic uestigijs cæci hærens, ut appareat sine cæco progredi non posse. Alioqui cæcum procul sequi poterat, ut eius ducatu non uteretur.* τοὐναντίον, τὸ ἐναντίον, *contrarium, contra quàm eum deceat.* προσῆκ *pro* προσῆκε, *quod pro* προσῆκει *sæpe accipitur.* κἀμὲ, καὶ ἐμὲ προσβιάζεται· *s.* ἀκολουθεῖν τῷ τυφλῷ, *et ita* μετέχειν κακῶν.

καὶ ταῦτα. *idq; facit, & me sequi compellit, uel* ταῦτα *pluraliter effert pro singulari* τοῦτο. *Et omnino respondet mihi hoc. Quasi dicturus uidetur aliquid, quod responderit Chremylus, sed facetè & comicè* παρ᾽ ὑπόνοιαν, *subdit* οὐδὲ γρῦ, *quæ uerba ludunt aliquid certi expectantem.* ἀποκρινομένου. *undénam hic genitiuus? Respicit ne* ἀνθρώπου τυφλοῦ? *Hoc non patitur orationis ductus, & sensus: potius ad Chremylum refert. At cùm dictum sit,* οὗτος δὲ ἀκολουθεῖ κἀμὲ προσβιάζεται, *syntaxis exigit, ut* ἀποκρινόμενος *dicatur. Erit itaque Genitiuus absolutus loco nominatiui positus.* τοπαράπαν. *Aduerbium est ex articulo, præpositione & nomine cōstitutum,* παντελῶς. οὐδὲ γρῦ, *unguium sordes* γρῦ *uocant. Ita uocatur & Atticorum numisma minutissimum. Denique suilla uox est, qualem ædunt, qui pleno sermone grauantur respondere. Quomodocunque accipias, significat quod est minimum. estq;* οὐδὲ γρῦ ἀποκρίνεσθαι, *ne tantillum quidem respondere.*

ὥς φασι. | Melancholia. | μελαγχολᾷν. | κατόπιν. | τοὐναντίον | προσῆκε. | παρ᾽ ὑπόνοιαν. | Genitiuus. | τοπαράπαν. | γρῦ.

ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως σιγήσομαι,
ἢν μὴ φάσῃς, ὅτι τῷδ᾽ ἀκολουθοῦμέν ποτε,
ὦ δέσποτ᾽, ἀλλά σοι παρέξω πράγματα·
οὐ γάρ με τυπτήσεις, στέφανον ἔχοντά γε.

Certum est itaque, here, non conquiescere, imò ve-

ró me tibi vſq; eò moleſtum fore,dum tu mihi dixeris, quorſum tandem huncce homunculum ſequamur. Neque enim eſt cur abs te tantiſper cædi verear, dum coronam capite geſtabo.

ἐγώ. *Carion hactenus mutiuit, nunc incaluit, deq; Chremylo quiſnam ſit cæcus extorquere ſeriò contendit.* οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως. *Hic* ὅπως *pro* ὡς *ponitur:* ὡς *autem idem eſt quod* ὅτι, *ut ſit quaſi* οὐκ ἔστιν ὅτι. *Attica periphraſis pro* οὐδαμῶς,*nullo modo, omnino non. Affine huic eſt quod Latini dicunt,non eſt quòd fleas, cum ſimilibus:*

ποτὲ *cum* ὅτι *quod eſt* διότι,*quamobrem tandem.* ποτὲ *urget, magnumq; loquentis indicat affectum.* πράγματα,*moleſtiam. Hoc ſignificato Latini etiam negotium uſurpant:negocium faceſſere,moleſtiam ingerere. Sumptum à negotiatoribus, qui multis & grauibus implicati negotijs & curis,perpetuò diſtrahuntur.* τυπτήσεις. *Attici de uarytonis uerbis contracta formant,* τύπτω τυπτέω. *Ergo* τυπτήσεις *pro* τύψεις. στέφανον. *Mos fuit priſcus,ut qui Apollinem conſulerent coronati incederent.Illa autem* στεφανηφορία *tantam ſeruis concedebat impunitatem,ut à cæde & uerberibus eorum, atque adeò ab atrocibus conuicijs dominos abſtinere oporteret. Hinc illa Carionis* παῤῥησία,οὐ γάρ με τυπτήσεις. γε, *ſaltem: reſtringit hoc uerbulo quod alioqui ſeruo impunè dicendum non erat.*

οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως. ὅτι. ποτέ. πράγματα. Coronæ. γε.

ΧΡΕΜΥΛΟΣ.

Μὰ Δί᾽, ἀλλ᾽ ἀφελὼν τὸν στέφανον, ἢν λυπῇς τί με,
ἵνα μᾶλλον ἀλγῇς. καρ. λῆρος. οὐ γὰρ παύσομαι
πρὶν ἂν φράσῃς μοι, τίς ποτ᾽ ἐστὶν οὑτοσί·
εὔνους γὰρ ὢν σοι πυνθάνομαι πάνυ σφόδρα.
χρε. Ἀλλ᾽ οὔ σε κρύψω· τῶν ἐμῶν γὰρ οἰκετῶν
πιστότατον ἡγοῦμαί σε, καὶ κλεπτίστατον.

CHREMYLVS.

Non dubio procul, verùm ſi paulò moleſtior eſſe pergis,ego te decuſſa corona cędam,vt ex ea re ſit,quod te peius etiam habeat. CAR. Nugæ. At ego non prius ceſſaro,quàm hic quiſnam ſit expoſueris : nam quò tibi melius

bi melius ex animo volo, eò isthuc abs te enixius contendo. CHR. Agè, iam te non celabo, quẽ vt inter omnes meos censeo fidelissimum, ita & furacissimum.

Μὰ δία. supple, τύψω στέφανον ἔχοντα. Quod autem subdit, ἀλλ' ἀφελὼν &c. παρὰ προσδοκίαν apponitur. ἀλλὰ. s. τύψω. u. s. κατὰ, in aliquo uel dicto, uel facto. μᾶλλον. Seruus uim domini semper animo fert iniquo: at multo iniquiore ferre solet, si tum coërcetur, cùm quodam iure propositam sibi putat impunitatem. λῆρος. s. ὕθλον, nugæ, uerbum non est conuiciatorium, περιττολογίαν & inania uerba monstrat: friuolæ sunt, inquit, ac nullius momenti istæ minæ, ego improbitate & peruicacia te uincam. ουτοσὶ pro οὗτος Atticum. ὢν γάρ. propterea quòd enim bono sum in te animo, diutius ineptire te non sustineo, proinde rogo te hoc πάνυ σφόδρα etiam atque etiam. Duæ uoces idem significantes ἐκ παραλλήλου componuntur, ut ex geminatis uerbis beneuolentiæ & amoris ὑπερβολὴ domino probetur. Aduerbia hæc duo per superlatiuum aduerbium reddas, uehementißimè, cupidißimè. ἀλλά. hoc aduerbio utimur, quando nos uictos, aut certè nos aliquid de nostro iure uelle remittere significamus, ita ferè sonat, Agè uicisti. κλεπτίστατον. Hoc admodum facetè dictum. Carion cùm dixisset se intimũ esse Chremyli amicum, sperauit ut post πιστότατον Chremylus diceret, τὸν εὐνούστατον, beneuolentißimum: sed παρ' ὑπόνοιαν subiũxit τὸν κλεπτίστατον, summum furem uel maximum impostorẽ. κλέπτω enim quandoque est παραλογίζομαι, illudo, decipio. Porrò quanquam κλέπτης nonnunquam idem est quod φρόνιμος, id est, prudens & tacitus, quiq; non quibuslibet sua consilia prodit, si hoc loco etiã ita accipias, iocus tamen ex ambiguo salibus non caruerit comicis.

παρὰ προσδοκίαν. λῆρος. οὑτοσί. πάνυ σφόδρα. παράλληλον. ἀλλά. παρ' ὑπόνοιαν. κλεπτίστατος. κλέπτειν. κλέπτης.

ἐγὼ θεοσεβὴς καὶ δίκαιος ὢν ἀνὴρ,
κακῶς ἔπραττον, καὶ πένης ἦν. καρ. οἶδά τοι.
χρε. ἕτεροι δ' ἐπλούτουν, ἱερόσυλοι, ῥήτορες,
καὶ συκοφάνται, καὶ πονηροί. καρ. πείθομαι.
χρε. ἐπερησόμενος οὖν ᾤχόμην ὡς τὸν θεόν,
τὸν ἐμὸν μὲν αὐτοῦ τοῦ ταλαιπώρου σχεδὸν
ἤδη νομίζων ἐκτετοξεῦσθαι βίον.
τὸν δ' υἱὸν (ὅσπερ ὢν μόνος μοι τυγχάνει)

πευσόμενος εἰ χρὴ μεταβαλόντα τοὺς τρόπους,
εἶναι πανοῦργον, ἄδικον, ὑγιὲς μηδὲ ἕν·
ὡς τῷ βίῳ τοῦτ' αὐτὸ νομίσας ξυμφέρειν.

Antehac dum ego & pius & iuſtus eſſe ſtudui, ſemper miſerè & duriter egi, inopsq; ſupramodũ fui. CAR. Hoc me nõ latuit herclè. CHR. Ex aduerſo ſacrilegos, rhetores, ſycophantas, & alioqui ſceleratos omne genus homines, prædiuites factos cognoui. CAR. Et iſthuc facillimè credo. CHR. Conſilio itaque apud me inito, ſcitari oracula viſum eſt. Aerumnoſam autem vitam meam cùm mecum reputarem iam acciſam, et penè exhauſtam, Apollinem adii, rogaturus num filio, qui mihi vnicus eſt, expediret, vt mutatis in diuerſum moribus, verſutus euaderet, improbus, & perditus. Nam facilè adducebar vt crederem, tale quiddam, ad vitam beatè degendam, momenti habere perplurimum.

θεοσεβής. θεοσεβὴς, τοὺς θεοὺς σεβόμενος, *cui religio, & Deorum cultus curæ cum primis erat.* δίκαιος. δίκαιος *qui ex legũ præſcripto ſic inter homines uerſabar, ut nemo ortam ſibi ex me iniuriã conqueri poſſet. Ergo* θεοσεβὴς καὶ δίκαιος, *diuini iuris atque humani cultor, & ſedulus obſeruator.* κακῶς. κακῶς. *pro loco aduerbium hoc mutat ſignificatum. Scortator & leno uiuunt* κακῶς, *id eſt libidinoſè & impurè: auarus uiuit* κακῶς, *ſordidè & præparcè: miles loco cedit* κακῶς, *ignauè: Chremylus inops agebat, id eſt, uiuebat* κακῶς, *exiliter, minimè lautè.* πένης. *ſine fraude uix ingentes parantur opes: fere per fas & nefas congeruntur. Propterea Plato rectè ſcripſit:* Οὐκ εἰσὶν οἱ παμπλούσιοι ἀγαθοί, *Admodum diuites boni nõ ſunt.*

ὄιδα *noui, & magno meo malo expertus ſum, quàm tenuiter ageres, nam mihi apud te eſuriendum ſæpe fuit.* τοι. τοι, *uel explet, uel confirmat, ut pro* δὴ *accipiatur.* ἱερόσυλοι. ἱερόσυλοι, τῶν ἱερῶν συληταί, *rerum ſacrarum compilatores, & deprædatores, qui ne à ſacris quidem manus abſtinent, ſed illis abutuntur, in quæſtum, uoluptates, & faſtum conuertentes.* ῥήθορες. *Cùm pleriſque alijs urbibus, tum uerò Athenis ſui quondam fuerunt rhetores, qui dicendo populum admonerent* Rhetores. *eorum, quæ ex uſu reipub. putarent, quales fuere Ariſtides, Nicias,*

Miltiades,

Miltiades, Pericles & aliquot alij uiri probi, in quos Aristophanes non inuehitur, sed in eos qui suũ commodũ curantes, publicum negligẽtes, populo plausibilia magis quã utilia suadebant. Eos Demosthenes, ῥήτωρ ipse, perstringit his uerbis, ὧν οἱ μὲν ἐκ πτωχῶν πλούσιοι γεγόνασι· οἱ δὲ ἐξ ἀδόξων ἔντιμοι· ἔνιοι δὲ τὰς ἰδίας οἰκίας τῶν δημοσίων οἰκοδομημάτων σεμνοτέρας εἰσὶ κατεσκευασμένοι. ὅσῳ δὲ τὰ τῆς πόλεως ἐλάττω γέγονε, τοσούτῳ τὰ τούτων ηὔξηται, id est, Quorum nonnulli ex mendicis diuites, alij ex obscuris et ignobilibus euaserunt præclari. Sunt & qui sibi ædes publicis quibuslibet augustiores extruxerunt. Quanto autem respub. facta est deterior, tanto horum bona facta sunt auctiora. συκοφάνται. ut glans primus cibus fuit Arcadum, ita ficus censetur fuisse Atheniensiũ. In agro Attico cùm fici in pretio essent, lege lata, pœna constituta est ijs, qui ficos exportarent, præmium autem ijs qui exportatores obseruarent, et & deferrent. Hi ioco populari συκοφάνται dicti ἀπὸ τοῦ σῦκα φαίνειν, id est ex eo quòd ficos proderent. Transijt posteà hoc conuiciũ ad calumniatores, et eos qui de quamuis pusilla re litem mouerent, et ex aliorum dictis & factis quæstum aucuparentur. πονηροί. Enumeratis aliquot maleficorum hominum speciebus, iam de illis in genere loquens, subdit, καὶ πονηροί. Et ut semel, inquit, dicam, alij quouis modo flagitiosi. ἐπερησόμενος, ab ἐπερέομαι, interrogo. ὡς pro πρὸς Atticè ponitur. Animaduerte ad σύγχυσιν, et uerborum confusionem quæ in his uersibus est. eã sic expedias: οὖν itaque, quoniam scilicet uidebam probitati miseriam, improbitati uerò iunctam esse felicitatem, ᾠχόμην ὡς τὸν θεὸν, ἐπερησόμενος, eum interrogaturus. ibam autem non propter me, quoniam ἤδη νομίζων βίον τὸν ἐμὸν αὐτοῦ τοῦ ταλαιπώρου σχεδὸν ἐκτετοξεῦσθαι· πευσόμενος δὲ, repete ᾠχόμην, ibam uerò sciscitaturus, εἰ χρὴ τὸν υἱὸν (ὅς τυγχάνει ὤν μοι μόνος) μεταβαλόντα τοὺς τρόπους εἶναι πανοῦργον, &c. ἐμὸν μὲν αὐτοῦ. Constructio Atticorum ad uerbum sonat, uitam meam ipsius luctuosi. Communis esset βίον ἐμοῦ αὐτοῦ, uitã meam ipsius calamitosi, quæ latinis auribus non est usquequaque inaudita, etiam si hæc nonnullis magis probetur, uitam meam qui sum miser. Omnium receptißima hæc est, uitam meam curis & laboribus cõfectam. ἐκτετοξεῦσθαι uiribus destitutam esse, & defectam. Metaphora est à sagittarijs sumpta. Dum uiget hominis ætas, hic magnos ambit honores ille diuitijs inhiat totus: alius summa ui incomparabilem affectat eruditionem. At homo cum senio fractum se agnoscit, animum despondet, nec est cur illa magis persequatur, quàm sagittarius,

Glans.
Ficus.
συκοφάνται.
ὡς.
σύγχυσις.
Pronominis cõstructio.
ἐκτετοξεῦσθαι.

rius in aliquid dirigere arcum cogitet, ubi uidet pharetram telis exhaustam. ὤν. *hoc unum est ex participijs, quæ in oratione Græca quandoque inueniuntur abundare.* πευσόμενος, *participium est à* πυνθάνομαι, *idipsum significat quod* ἐπερησόμενος, *itaque* καὶ ἐπανάληψιν *repetitur.* πανοῦργον. *Conflata est hæc uox à* πᾶν *et* ἔργον, *ut dicatur* πανοῦργος *qui nulla in re non sit uersatus, cuiusmodi qui est, quoniam astutus & uafer esse solet, fit hinc ut pro fallaci & fraudulento accipiatur.* ὑγιὲς μηδὲν, *nihil sanitatis uocant Græci hominem qui deploratis sit moribus & corruptißimis. Sanus id est sanæ mentis profectò non est, sed egregiè insanus, qui nullam neque boni, neque honesti rationem habet, sed qui probrosum uitæ institutum, & uitijs subnixum, ad uitam traducendam putat idoneum.* μηδεὲν *per* ἀνάλυσιν *dictum est, pro* μηδέν. *Quomodo* οὐδεὲν *legas pro* οὐδέν. τοῦτ᾽, τοῦτο αὐτὸ *hoc ipsum, nempe sceleſtũ esse:* ξυμφέρειν, συμφέρειν, ξὼν *Atticum est pro* σών.

Margin: ὤν. πευσόμενος. ἐπανάληψις. πανοῦργος. ὑγιὲς μηδέν. μηδεέν. ξών.

καρ. τί δῆθ᾽ ὁ Φοῖβος ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων;
χρε. πεύσει· σαφῶς γὰρ ὁ θεὸς εἶπέ μοι τοδί,
ὅτῳ ξυναντήσαιμι πρῶτον ἐξιὼν,
ἐκέλευσε τούτου μὴ μεθίεσθαί μ᾽ ἔτι·
πείθειν δ᾽ ἐμαυτῷ ξυνακολουθεῖν οἴκαδε. καρ.
καὶ τῷ ξυναντᾷς δῆτα πρώτῳ. χρε. τουτῳί.

CAR. Agè verò, quid respondit oraculum Phœbi? CHR. Scies. Phœbus enim ambagibus nullis vsus, hoc mihi dixit. Iussit, vt templo egressus, eum ego ne posteà desererem, in cuius congressum venirē primùm, quin in animum inducerem, eum domum vsque persequi. CAR. Et huic primo videlicet occurristi. CHR. Huic ipsi.

δῆθ, δῆτα. *aduerbium cui* προκέλευσις *inest.* ἐκ τῶν στεμμάτων, *de coronis, id est, de tripode, nam & tripodis locus, & quæ responsa dabat sacerdos, laureis coronis insignes erant.* πεύσει πυνθάνομαι, *futurū facit* πεύσομαι, *cuius secunda persona est* πεύσῃ *&* *Atticè* πεύσει. τοδί, *hoc quod iam dicturus sum. Est* τοδὶ *pro* τόδε, *quod ipsum est* τοῦτο. ὅτῳ *pro* ᾧ, *quod est,* ᾧτινι, *quomo-*

Margin: δῆθ. στέμματα. πεύσει. τοδί. ὅτῳ.

do ὄτυ pro οὔζυν⊕. ξυναντήσαιμι,ὰ ξὼν pro σὼν & ἀντάω occurro,congredior. Indefinitum est α,optatiui. πρῶτον aduerbiascit. ἐξιὼν participium ab ἔξειμι,exeo,simul atque egressus essem. μεθίεσθαι,μεθίεμαι uerbum medium à μεθίημι, prætergredior,neglectui habeo. ἔτι postea quàm semel nactus essem. Arguunt hæc omnia Apollinem sciuisse, Plutum omnibus despicatui futurum,ac colloquio etiam uisum iri indignum:propterea, inquit, iußit ut egomet mihi persuaderem eum consequi. οἴκαδε,εἰς τὸν οἶκον, Atticum aduerbium. ἐπὶ τῷδε pro ἐπὶ τούτῳ hoc profertur contemptim,isti tam uili & abiectitio homuncioni. ξυναντᾷς, præsens pro præterito ξυνήντηκας. δῆτα, subsannationem notat,quasi diceres, Si Dijs placet. τουτῳί, pro τούτῳ, Datiuus Atticus. Sunt qui loco huius legant τῷδέ γε δή,huic sanè.Sed hoc leuius.

ὅτυ. οἴκαδε. τῷδε. δῆτα. τουτῳί.

καρ. εἶτ' οὐ ξυνίης τὴν ἐπίνοιαν τοῦ θεοῦ,
φράζουσαν, ὦ σκαιότατέ, σοι σαφέστατα,
ἀσκεῖν τὸν υἱὸν τὸν ἐπιχώριον τρόπον;
χρε. τῷ τοῦτο κρίνεις; καρ. δῆλον ὅτι καὶ τυφλῷ
γνῶναι δοκεῖ τοῦθ', ὡς σφόδρ' ἐστὶ συμφέρον
τὸ μηδὲν ἀσκεῖν ὑγιὲς ἐν τῷ νῦν χρόνῳ.

CAR. An tu,ô omnium hominum ineptißimè, mentem Apollinis assequi non potuisti? præsertim quũ adeò perspicuè ipse tibi responderit. Hoc voluit , vt nimirum patriis moribus filium exerceas tuum. CHR. Vndénam tu hoc coniectas? CAR. Cæcus etiam istud peruideat:quandoquidem pessima quæque nosse,hocce tempore confert vel maximè.

εἶτ',εἶτα,aduerbiũ quod obiurgãti cõuenit. ξυνίης ξυνίημι,intelligo à σὼν et ἵημι compositũ,facit imperfectũ ξυνίην,ης.loco cuius usitatius est imperfectũ primitiui ξυνίεον,ξυνίεες,et cõtractè ξυνίουν, ξυνίεις, uel Atticè ει in η mutato ξυνίης. σκαιότατε. Quemadmodũ homines ingenio prompto,paratoq; cõsilio,et ad res scitè gerẽdas idoneos,uocãt δεξιοὺς dextros:ita stupidos et hebetes,animoq; rustico uocãt σκαιοὺς.i.sinistros.Quod ab usu manuũ est desumptũ.σαφέστατα manifestißima,et cognitu facillima,uel aduerbiũ esto clarißimè,apertißimè. ἀσκεῖν post φράζουσαν.Quæ mens Apollinis tibi reuelata,

εἶτα. ξυνίης. δέξιος. σκαιός. σαφέστατα.

iubet te ἀσκεῖν exercere. ἐπιχώριον. Si uereris, inquit, ne ideo tuus filius olim ditescat, quòd ingenio sit mansuetiore, & moribus simplicioribus, uis scire quî diues euadat? fac, quantum in te est, ut moribus assuescat uernaculis: nam nostratibus moribus alibi nusquam mores sunt corruptiores, quare & ad opes parandas aptiores. Tuum autem filium nostris moribus imbuendum, admonet Apollo, dum te ad hunc cæcum mittit, qui typum gerit nostratium hominum: hi enim diuitiarum, dignitatum & honorum cupiditate nimia excæcati, uirtutibus relictis, in uitia feruntur præcipites. τῷ. s. τρόπῳ, quo pacto. δηλονοτὴ, ut pro ὅτι legimus quandoque ὁτὴ, ita pro δηλονότι, hîc uides δηλονοτή. καὶ τυφλῷ. Non de cæco Pluto hæc dicuntur, sed respicit Aristophanes ad hyperbolen prouerbialem, qua uti solemus, dum dicimus cuipiam qui ingenio sit obtusiore, Hoc uel cæco appareat. In qua dicendi formula quod corporis est transfertur ad animum. Oculis enim externa tantùm uidemus, mentis autem iudicio & ratione cognoscimus quæ interna sunt, & sensibus non obuia. γνῶναι τοῦτο, nosse hoc, duo hæc uerba loco nominatiui ponuntur ante uerbum δοκεῖ. idem enim est γνῶναι τοῦτο quod γνῶσις τούτου, huiusce rei cognitio perspicua est etiam cæco, id est, bardo & stupido. τὸ τοῦτο, id quod sequitur, nempe ἀσκεῖν, sectari, & in eo uersari quod sit μηδὲν ὑγιὲς, alienum à uirtute & honesto. ἐν τῷ νῦν. Articulo τῷ cùm aduerbio νῦν, loco adiectiui ponũtur ἐν τῷ νῦν, id est, ἐν τῷ παρόντι.

τῷ. δηλονοτὴ. Cæcus. τό.

Χρε. Οὐκ ἔσθ' ὅπως ὁ χρησμὸς εἰς τουτὶ ῥέπει,
ἀλλ' εἰς ἕτερόν τι μεῖζον. ἢν δ' ἡμῖν φράσῃ
ὅς τίς ποτ' ἐστὶν οὑτοσὶ, καὶ τοῦ χάριν,
καὶ τοῦ δεόμενος ἦλθε μετὰ νῷν ἐνθαδὶ,
πυθοίμεθ' ἂν τὸν χρησμὸν ἡμῶν, ὅ, τι νοεῖ. Καρ.
Ἄγε δὴ σὺ πρότερον σαυτὸν, ὅστις εἶ, φράσον,
ἢ, τἀπὶ τούτοις δρῶ. Χρε. Λέγειν χρὴ ταχὺ πάνυ.

CHR. Oraculum in hanc partem propendere, mihi nulla ratione fit verisimile, sed in aliud potius nescio quid maius. Quòd si hic tandẽ nobis retegat, quisnam ipse sit, quid quærat, aut cuius rei gratia huc nobiscum

venerit,

venerit, quod nobis est respósum, assequemur fortasse. CAR. Fare agè heus tu, imprimis verò dic, quis tu, alioqui cessantem te verberibus dicere cogam. CHR. Dicto est opus, idq; quàm citissimè.

τουτί. Atticè pro τοῦτο, in hunc sensum. ῥέπει uergit, inclinat. Metaphora ab æquilibrio. τοῦ χάριν, τοῦ δεόμενος· τοῦ pro τινὸς accipe, & ante χάριν præpositionem κατὰ subintellige. δεόμενος, cuius rei indigus. Notatur hoc uerbo Pluti miseria & calamitas, quam ipse de exteriore cultu præ se ferebat. μετὰ νῷν, Dualis numerus Atticis amicus: communis lingua μεθ' ἡμῶν dixisset. ἐνθαδὶ ἐνθάδε, ut τοδὶ pro τόδε, huc. πυθοίμεθα. Indefinitum 2 modi optatiui à themate πυνθάνομαι, cum ἂν iuncta hæc uox in modum transit potentialem. τὸν χρησμόν. scriptoribus Atticis placet hæc casuum inuersio. Posteriori uerbo dant casum uerbi prioris. Dialectus communis dixisset, πυθοίμεθ' ἂν ὅ, τι ὁ χρησμὸς νοεῖ, Vbi Attica ait πυθοίμεθ' ἂν τὸν χρησμόν, ὅ, τι νοεῖ. Non discedit ab hoc genere, quod subest φράσον σαυτὸν ὅστις εἶ, pro φράσον ὅστις αὐτὸς εἶ. ταπὶ pro τὰ ἐπὶ, τὰ ea quæ sunt, ἐπὶ τούτοις, post hæc. uerba illa, ἄγε δὴ σὺ πρῶτον &c. ἀπειλητικὰ sunt, & minarū plena. Post minas autē et uerba, uerbera sequi solēt. Ergo hoc ait: Dices quod abs te petimus, aut uerbis persuasus, aut uerberibus coactus. δρῶ, præsens est pro futuro δράσω. Quo tempore Pluto rē prodere neganti, paratius proponitur suppliciū. Carion quo ægrius tulerat sequi Plutum, eo nunc in eum prior manus iniicit uiolentiores.

τουτί. ῥέπει. τοῦ. χάριν. Numerus Dualis. ἐνθαδί. πυθοίμεθα. Cōstructio inuersa. ταπί.

ΠΛΟΥΤΟΣ.

ἐγὼ μὲν οἰμώζειν λέγω σοι. Καρ. μανθάνεις
ὅς φησιν εἶναι; Χρε. σοὶ λέγει τοῦτ', οὐκ ἐμοί·
σκαιῶς γὰρ αὐτοῦ καὶ χαλεπῶς ἐκπυνθάνει.
ἀλλ' (εἴ τι χαίρεις ἀνδρὸς εὐόρκου τρόποις)
ἐμοὶ φράσον. Πλ. κλάειν ἔγωγέ σοι λέγω.
Καρ. δέχου τὸν ἄνδρα, καὶ τὸν ὄρνιν τοῦ θεοῦ.
Χρε. οὔτοι μὰ τὴν Δήμητρα χαιρήσεις ἔτι·
εἰ μὴ φάσῃς γάρ, ἀπό σ' ὀλῶ κακὸν κακῶς.

PLV. Ego te iubeo lugere. CA. Audis quem se dicat esse? CHR. Tibi aũt non mihi hoc dicit: nã inscitè simul & odiosè cũ interrogas. Agè verò (si quid tibi placent candidi & synceri hominis mores) mihi dicito. PL. Et tibi certè ego fletum denũtiò. CA. Virum hũcce, & alitem Dei accipe. CH. Efficiã, ita me Ceres amet, ne posthac sit, cur gaudeas et ipse: qui sis enim si non dixeris, ego te malũ malè perdam.

οἰμώζειν. A Carione illata est iniuria Pluto, ut qui prior dixerit minaciter, ἢ τἀπὶ τούτοις δρῶ. Deinde à Chremylo Carionis insolentiæ assentiẽti, λέγειν χρὴ, dixit, ταχὺ πάνυ. Plutus itaq; illis pœnitudinẽ proponit, nã οἰμώζειν λέγω σοι significat prædico tibi fore ut hoc nomine lugeas: illatã mihi uim nõ impunè feres. ὅς φησιν. *Attici iungũt nominatiuũ infinitiuo, ubi cõmunis lingua ponit accusatiuũ, sic, μανθάνεις ὃν ἄνα φησὶν αὐτὸν εἶναι. σοὶ λέγει. Cæcitas Pluti fecit, ut ambigeretur, utri malè ominaretur. Propterea imprecationẽ illius & minas uterq; in alterũ reijcit.* αὐτοῦ. *genitiuus hic respicit præpositionẽ ἐκ, iunctã uerbo πυνθάνει, ut sit, πυνθάνει δὲ αὐτοῦ, quæris ab eo quis sit. Dixit aũt ἐκπυνθάνει Atticè pro ἐκπυνθάνῃ, ut anteà πεύσει pro πεύσῃ.* ἀλλ'. *Demulcet Plutũ si fortè blanditijs eliciat, quod minis extorquere nõ potuerũt.* εἴ πη. i. κατά *antè* πη, *aliquo modo.* εὐόρκου *probè et fideliter iurãtis, peierare qui nõ nouit. Quomodo uitia cohærẽt uitijs, ita uirtutes uirtutibus. Quare dũ Chremylus uult se commendatũ ab una εὐορκίᾳ. i. à iusto iureiurando, simul cõmendandũ se à reliquis uirtutibus sentit. Pertinet huc quod legere est apud Athenieñses, Fidei Deæ templũ fuisse cõstructũ, eamq; cũ primis numinibus cultã illic fuisse. Quapropter quod uerissimè dictũ uolebãt significare, Attica fide dictũ: & uirũ minimè periurũ, Atticã fidem: & probatissimũ testem, Atticũ testem dicebant, ut mirum iam nõ sit, cur huius uirtutis potius quàm aliarũ meminerit.* κλάειν *pro* κλαίειν *diphthongo propria in impropriam mutata.* δέχου *deridet Chremylum, qui tanti fecerit cæcum, à quo minæ, & inauspicata uerba proficiscantur in Chremylum ipsum. Habes, inquit, hospitem dignum qui beneuolè à te excipiatur.* ὄρνιν. *Priscorum superstitio credidit ex inspectis auibus Deorum uoluntatẽ sciri posse. hinc auem pro augurio, omine & symbolo accipiunt: uis, ait, nosse quid uelit consultus Apollo? te οἰμώζειν καὶ κλάειν, hic enim uelut ales eius, hoc ipsum tibi apertè canit.* δήμητρα. *Ceres frugum & rei frumentariæ Dea, Græcis δημήτηρ appellatur, quasi ἡ γῆ μήτηρ. i. terra mater, quòd omnia*

Marginalia: οἰμώζειν. — *Nominatiuus cum infinitiuo.* — εὔορκος. — *Fides.* — *Attica fides.* — κλάειν. — *Auis.* — *Ceres.* — δημήτηρ.

omnia nutriat. Chremylum cultorem terræ, per terram iurare nõ decet. χαιρήσεις. *nuper usus est cõmuni uerbo uarytono* τοῦ χαίρω, χαιρέω.
Ἀλλ' εἴ τι χαιρήσεις. *hic utitur Attico* τοῦ χαιρέω. *Iracũdè hoc dicit: Faciã ut tu qui plorare alios iubes, habeas et tu* q *ringaris ac doleas.* φράσεις. *s.* σαυτὸν ὅς τις εἶ. ἀπὸ σ' ὀλῶ, *Tmesis pro* ἀπολῶ σε κακῶς.

ΠΛ. ὦ τᾶν ἀπαλλάχθητον ἀπ' ἐμοῦ. ΧΡ. πώμαλα.

ΚΑΡ. καὶ μὴν ὃ λέγω βέλτιστόν ἐστ', ὦ δέσποτα,

ἀπολῶ τὸν ἄνθρωπον κάκιστα τουτονί·

ἀναθεὶς γὰρ ἐπὶ κρημνόν τιν' αὐτὸν, κᾆτα λιπὼν,

ἄπειμ', ἵν' ἐκεῖθεν ἐκτραχηλισθῇ πεσών.

ΧΡΕ. ἀλλ' αἶρε ταχέως. ΠΛ. μηδαμῶς. ΧΡ. οὔκουν ἐρεῖς;

ΠΛ. ἀλλ' ἢν πύθησθέ μ', ὅς τις εἴμ', εὖ οἶδ' ὅτι

κακόν τί μ' ἐργάσεσθε, κοὐκ ἀφήσετε.

ΧΡΕ. νὴ τοὺς θεοὺς, ἡμεῖς γ', ἐὰν βούλῃ γε σύ.

ΠΛ. μέθεσθέ νῦν μου πρῶτον. ΧΡΕ. ἢν μεθίεμεν.

PL. Me missũ, obsecro, facite. CH. Nequaquã id fiet. CA. Here, imò verò dicã iam quod maximè expedit. Teneo quî hominẽ istũ pessimè perdã. Ego in præcipitiũ aliquod eũ agã: mox, eo illic relicto, me subducã, vt illinc in caput delapsus, collũ frangat. CHR. Eia ocius rape. PL. Absit. CH. Quin loqueris itaq;. PL. At si qui sim ego vos semel intellexeritis, aliquid mali, sat scio, in me ingeretis, neq; abire sinetis. CH. Deos testor, sinemus si modò per teipsum non steterit. PL. Omnium ergo primum iam nunc me mittite. CHR. Ecce mittimus.

ὦ τᾶν. ἔτης, ἔτου, *uocatiuũ singularẽ et dualẽ facit* ἔτα *cui Atticè* ν *additur. Vnde fit* ἔταν, *pro* ὦ ἔτα ὦ τᾶν *contractè dicitur, ô amici: uox hæc blandientibus seruit, propterea per quæso, amabò, obsecrò, uel similibus reddi potest.* ἀπαλλάχθητον, *indef. α, imperatiui à themate* ἀπαλλάττομαι, *quod est* ἀπέρχομαι. πώμαλα. *Aduerbio hoc negãdi Attici peculiariter utũtur. Quomodo et pro* τοῦτον τουτονὶ *dicũt.* ἀναθεὶς, *participiũ ab* ἀνατίθημι, *in ædito loco statuo. iunxit accusatiuo propter motũ sine quo in* κρημνὸν *pduci nõ potuit.* κᾆτα *pro* καὶ εἶτα. λιπὼν *participiũ indefiniti* β, *à* λείπω. ἄπειμι *præsens pro fu-* ὦ τᾶν. πώμαλα. τουτονί. ἀναθείς. κᾆτα.

pro futuro, quod uix usus admittit. ἐκτραχηλισθῇ, indefinitum α subiunctiui ab ἐκτραχηλίζομαι, quod est τὸν τράχηλον συγκλῶμαι, ceruicem & collum frango. πεσὼν participium ἀπὸ πίπτω anormi. αἶρε sublimem rape, plus uehementiæ inest huic uerbo, quàm τῷ ἄγω· maiorq; mora esset, si Plutum agi, uel trahi oporteret, ideo iubet eum tolli & absportari. πύθησθε. Indefinitum β, subiunctiui à πυνθάνομαι. μ' ὅστις εἰμί, pro ὅστις ἐγὼ εἰμί, si cognoueritis me qui sim, pro, si cognoueritis qui ego sim. οἶδα, medium perfectum ab εἴδομαι. κοὐκ καὶ οὐκ. ἀφήσετε futurum ab ἀφίημι. ἡμεῖς. s. ἀφήσομεν. Quid est aũt, ἐὰν βούλῃ? Si uoles dicere qui sis, An uerò si uis ut te abire à nobis sinamus? Alterũ pendet ab altero: si nolles dicere, uideberis nolle abire, cùm certũ sit te non prius abiturũ quàm dixeris qui sis. μέθεσθε, μεθίημι medium uerbum facit μεθίεμαι unde fit indefinitum β μεθέμην, μέθεσο, hinc imperatiuum μέθεσο μεθέσθω, μέθεσθον μεθέσθων, μέθεσθε &c. πρῶτον antè quàm ordiar dicere. ἠνί, pro ἦν Attici proferunt ἠνί. Est aduerbium demonstrandi, unde apparet Latinorum aduerbium, en, deductum. μεθείμεθα. Indefinitum β. medium. Iam dimisimus te, ut liberius dicas.

ἐκτραχηλίζεσθαι. πεσών. αἶρειν. οἶδα. κοὐκ. μέθεσθε. ἠνί.

ΠΛΟΥ. Ἀκούετον δή (δεῖ γάρ, ὡς ἔοικ', ἐμὲ
λέγειν, ἃ κρύπτειν ἦ παρεσκευασμένος)
ἐγὼ γάρ εἰμι Πλοῦτος. ΧΡΕ. ὦ μιαρώτατε
ἀνδρῶν ἁπάντων, εἶτ' ἐσίγας Πλοῦτος ὤν;
ΚΑΡ. Σὺ Πλοῦτος, οὕτως ἀθλίως διακείμενος;
ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον, καὶ θεοί, καὶ δαίμονες,
καὶ Ζεῦ, τί φῄς; ἐκεῖνος ὄντως εἶ σύ; ΠΛΟΥ. Ναί.
ΧΡΕ. Ἐκεῖνος αὐτός; ΠΛ. Αὐτότατος. ΧΡΕ. Πόθεν οὖν, φράσον,
αὐχμῶν βαδίζεις; ΠΛ. Ἐκ Πατροκλέους ἔρχομαι,
ὃς οὐκ ἐλούσατ' ἐξότου περ ἐγένετο.

PLV. Audite igitur (nam, quantum apparet, eò res rediit, vt ea me expromere necessum sit, quæ tacitus in animo seruare statueram) Ego haud dubiè sum Plutus. CHR. O hominum quotquot sunt sordidissime, tú ne Plutum te esse celares? CAR. Tu sis Plutus, qui vsque-

adeò

adeò miserè habeas? Phœbe Apollo, Dii, Dæmones, ò Iupiter, quid ais! Illé ne reuerà es? PL. Ille sanè. CHR. Ille ipse? PL. Ipsissimus. CHR. Agedum dic, vnde ita squallidus prodis? PL. Venio à Patroclo, qui ab eo vsq; tempore quo natus est, balneum subiit nunquam.

ὡς ἔοικε. *εἴκομαι uerbum medium facit perfectum οἶκα, Atticè augmento geminato ἔοικα, unde fluxit tertia hæc impersonaliter accepta persona.* ἦ παρεσκευασμένος *eram meditatus, ἦ pro ἦν. Ab εἰμὶ imperfectum fuit εἶν, Iones ν expuncto εἶ in ἔα uerterũt, pòst Attici ἔα in ἦ contraxerunt, qui & ipsi ν adtexto ἦν formarunt.* παρεσκευασμένος *sub specie paßiua actiuè significat.* ἐγὼ γὰρ. *hoc* γὰρ *confirmationem dicti habet. Quoniam enim qui arcanum prodit coactus, studet se cogentem ludificari, & mendacio eludere, ea de re Plutus uult hoc seriò ab se dici, nec uanus à Chremylo censeri.* μιαρώτατε. *Chremylus audito nomine Pluti expalluit, quòd eum offenderit, cuius ope plurimùm indigeat. Crimen uerò admissum ita diluere parat: Falsum esse se, externo Pluti habitu, contemptiore nimirum, quàm pro tanto numine. Propterea Deum esse adhuc dißimulat, & quasi uilißimus quispiam sit, uocat eum omnium hominum fœdißimum. Subdit ueri non esse simile, tantum Deum tacendo ita se hominibus tractandum committere uoluisse.* σὺ πλοῦτος. *Amor diuitiarum, & odium paupertatis faciunt ut Carion neq; planè affirmet, neque in totum neget Plutum esse. Causa cur à credendo poßit auocari, hæc est, quòd sit* οὕτως ἀθλίως διακείμενος, *id est tot modis malè affectus cultu contemptibilis, totus situ & squalore obductus, & quod omnium est indignißimum, oculis orbus.* ὦ φοῖβε. *Hæc probant Carionẽ percupere, ut uerè is Plutus sit, qui in suas uenit manus, gaudio itaque gestiens, ad Deos exclamat, quos suæ lætitiæ testes facit, fautoresq; sibi esse precatur. In primis Apollinem inuocat, qui Plutum Chremylo indicauit. Quare non simpliciter, sed honorificè, & specioso titulo illi addito, uocat eum* φοῖβον, *id est, clarum & lucis authorem.* καὶ θεοί. *Quicquid numinũ est & Deorum generaliter citat: per uerbum* θεοὶ *Deos accipe selectos, summos & præcipuos, cœlestes semper habitos, & immortales, Deos maiorum gentium, ut uocant. Per* δαίμονας *uerò Deos minorum gentiũ qui ex hominibus diuinos honores meruerunt, & in numerũ Deorum allecti sunt. Prioris generis fuerunt Iupiter, Apollo, Mars. Posterioris, Hercules, Aesculapius, Castor cum similibus.* καὶ ζεῦ. *Honoris*

ἔοικε. ἦ. γάρ. φοῖβος. θεοί. δαίμονες.

gratia seorsum meminit Iouis. Subit autem quod omnino fortasse non sit pœnitendum, Carionem audito nomine Pluti metu exanimatū esse, expensoq́; quod in Plutum commiserat, facinore, Deorum opem implorare, & summissa uoce hæc dicere, ὦ φοῖβ' ἄπολλον, ὦ θεοί, ὦ δαίμονες, ὦ ζεῦ. Confusa sanè hæc Deorum inuocatio timorem arguit, & animum consternatum. Quod si est, τί φῄς quod sequitur, eadē uoce profertur qua illa præcedentia, σὺ πλοῦτος οὕτως ἀθλίως διακείμενος; habent hæc uerba, τί φῄς, admiratione magis quam interrogationē. ἐκεῖνος ille omnibus notus, apud omnes decātatissimus, nulli non notissimus. ὄντως omnino, non solùm nomine, sed et numine atq; potestate. ναί. Affirmatio Latinis etiam accepta, næ. αὐτότατος. Superlatiuū de pronomine effictū facetè, et comicè, quasi diceret: Si usquā ullus est Plutus, ego ille sum. οὖν, itaq;, nota est certitudinis. βαδίζεις Græcis et Latinis βαδίζω et uenio ancipitē habent. i. progrediundi, uel redeūdi motū. πατροκλέους. Patroclus uir Atheniensis prædiues quidem, sed auarus, oppido quam parcus et incultus. Quo nomine cū à suis increparetur, aiebat se λακωνικὸν βίον ζηλοῦν. i. Lacedæmoniorum uitā imitari, quorum frugalitas, et uitæ integritas, præ cæteris Græciæ partibus, tanta fuit, ut qui syncerè et incultè uiuerent, Laconicè uiuere dicerentur. Patrocli tenacitatem poëta insectatur, dum ab eo Plutum aridum, pannosum, & situ obductum uenire fingit. ἐλούσατο. Lauit. Molles uiri & luxu diffluentes lauacris, calidis præsertim, subinde se committebant, nitoris & elegantiæ causa. Idem faciebant ualetudinarij, & laboribus defatigati: refocillandis enim uiribus balnea non parum conferunt. Aristophanes dum uult significare congeneam, & innatam Patroclo fuisse auaritiam, ait eum balneo non esse usum ex quo tempore natus est, quasi uerò etiam ipsi adhuc infanti ἀλουσία placuerit, et illuuies fœda. ἐξότουπερ. Solue, ἐξ ὅτου πέρ. ὅτου idem est quod οὗ, ut anteà uidimus ὅτῳ pro ᾧ. περ uocula est expletiua Ergo ἐξ οὗ. s. χρόνου.

[Margin: Ναί. — αὐτότατος — Βαδίζω. — Patroclus. — Lacedæmonij. — Balnea. — ἐξότου. — περ.]

ΧΡΕ. τουτὶ δὲ τὸ κακὸν πῶς ἔπαθες; κάτειπέ μοι.

ΠΛ. ὁ Ζεὺς με ταῦτ' ἔδρασεν ἀνθρώποις φθονῶν.

ἐγὼ γὰρ ὢν μειράκιον ἠπείλησ', ὅτι

ὡς τοὺς δικαίους, καὶ σοφοὺς, καὶ κοσμίους

μόνους βαδιοίμην· ὁ δέ μ' ἐποίησε τυφλὸν,

ἵνα μὴ διαγιγνώσκοιμι τούτων μηδένα.

οὕτως

οὕτως ἐκεῖνος τοῖσι χρηστοῖσι φθονεῖ.

CHR. At vnde tibi, amabò, hæc cæcitas? PL. Ab Ioue, cui inuisum nimis genus humanum. Olim pueri-li quadam iactātia minatus sum, me ad probos tantùm doctos, & modestos diuersurū. Ille protinus ea vna de re me excæcauit, vt ea ratione scilicet nulla mihi posthac hominum secretio foret: vsqueadeo ille frugi hominibus inuidet.

τουτί, τοῦτο. hoc malum, hanc cæcitatem, & miseram uitæ conditionem. ἔπαθες, indefinitū β, à πάσχω. πῶς ἔπαθες, quomodo passus es, quomodo contigit tibi. ταῦτ', his me affecit malis, hæc mihi mala inflixit. μειράκιον. Tuetur quantum potest suam innocētiam. Si quid, infit, petulantius olim à me dictum est, uel incautius, dignum uenia fuit. ignoscendum enim ætatulæ imbecilliori. Peccasse autem me non puto, Iouem uerò iniquius mecum egisse credo, ut qui nullo discrimine inter homines me agere uelit, non etiam, uti exoptabam, solo bonorum hominum commercio frui. ἠπείλησα, insolentius dixi in inuidiam sceleratorum, indoctorum, & ineptorum. ὡς τοὺς, πρὸς τούς. βαδιοίμην, βαδίζω, futurum habet commune βαδίσω, Atticū βαδιῶ, unde est medium futurum βαδιοῦμαι, à quo fit optatiuū βαδιοίμην. ὁ δὲ. ὁ articulus pro pronomine οὗτος. ἐποίησε τυφλόν, sine periphrasi uno uerbo dicas ἐτύφλωσε. ἵνα μή, μή abundat, cum sequatur altera negatio in μηδένα. οὕτως, ut suæ faueat causæ, indignum facinus Iouis repetens, in impium ἐπιφώνημα erumpit. neque enim ideo Plutū excæcauit Iupiter, quòd bonis inuideret, sed hoc consilio uult uirtutem propter se amari, non ob aliud. Iam si illi demum diuites euaderent, qui studiosi essent, & uirtutem colerēt, plerosq; uideres qui ideo uirtutem amplecterentur, quòd per eam ditescerent. Quare uirtutem, non propter uirtutem, sed propter opulentiam amarent. τοῖσι χρηστοῖσι pro τοῖς χρηστοῖς.

τουτί. ἔπαθες. βαδιοίμην ὁ. μή.

ΧΡ. καὶ μὴν διὰ τοὺς χρηστούς γε τιμᾶται μόνους,
καὶ τοὺς δικαίους. ΠΛ. ὁμολογῶ σοι. ΧΡ. φέρε, τί οὖν
εἰ πάλιν ἀναβλέψειας ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ;
φεύγοις ἂν ἤδη τοὺς πονηρούς; ΠΛ. φήμ' ἐγώ.

ΧΡΕ. Πῶς τοὺς δικαίους δ' αὖ βαδίζοις; ΠΛ. πάνυ μὲν οὖν·
πολλοῦ γὰρ αὐτοὺς οὐχ' ἑώρακα χρόνου.
ΧΡΕ. καὶ θαῦμά γ' οὐδὲν, οὐδ' ἐγὼ γὰρ ὁ βλέπων.

CHR. Atqui nõ ab aliis quàm à bonis & iustis honos accedit Ioui. PL. Ita res habet. CHR. Rectè. Sed si visum recuperare dabitur, cedo, túne etiamnum fugias consortia malorum? PL. Fugiam ego sanè. CHR. Et ad iustos diuertas? PL. Vel lubentissimè, vt quos à multo iam tempore non viderim. CH. Minimè profectò mirum, cùm neque id mihi, quanlibet etiam perspicaci, licuerit.

καὶ μήν. Bonis bona deberi, non malis, & omnes sciunt, & senarius hic Græcorum testatur uersiculus:
ἐσθλῷ γὰρ ἀνδρὶ ἐσθλὰ καὶ δίδοι θεός. *id est,*
Bono certè uiro bona etiam largitur Deus.

Quare Chremylus dum Pluto assentitur, & eius fauorem ambit, his uerbis illatum uult, non sine malo animo Iouis fieri, quod à probis Plutum arceat, eos contrà, paupertate premi, ac grauia permulta perpeti sinat. φέρε. *Quoniam impium est, nec satis tutum de Ioue malè uel sentire, uel dicere, Chremylus cœptã interrumpit disputationem, alióq; se conuertit. Transitioni cõmodißima est hæc uocula* φέρε, *quasi diceret agè, omißis hisce, aliud tractemus.* ἀναβλέψεας, ἀνὰ *quod cũ* βλέπω *hic iungitur, aliud nihil est, quàm* πάλιν, *quod præcedit. Alterum itaque* ἐκ παραλλήλου *positum cẽseatur.*

φέρε.
παράλλη-
λον.

προτοῦ, uno uerbo aduerbialiter ponitur pro πρώην. *Quod si uocibus diductis legas* πρὸ τοῦ, *subaudies* χρόνου, *ut cùm dicimus* πρὸ μικροῦ, *paulò antè.* φημί, φημί. *Habet hoc uerbum non modò consensum, sed & aßeuerationem.* βαδίζοις. *Ideo hoc addit, quod Plutus aspernari bonos potuisset, quorum gratia uisum amisisset.* ἑώρακα. *Athenienſium rempub. et* τὸν ἐπιχώριον τρόπον, *manifestè perstringit. Perfectum est Atticũ* ἑώρακα *ab* ὁράω. οὐδ' ἐγώ. *s.* ἑώρακα.

προτοῦ.

φημί.

ΠΛ. Ἄφετόν με νῦν· ἴσον γὰρ ἤδη τ' ἀπ' ἐμοῦ.
ΧΡΕ. Μὰ Δί'· ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἑξόμεσθά σου.

ΠΛ.

ΠΛ. οὐκ ἠγόρευον, ὅτι παρέξειν πράγματα
ἐμέλλετόν μοι; ΧΡΕ. καὶ σύ γ', ἀντιβολῶ, πιθοῦ,
καὶ μή μ' ἀπολίπῃς· οὐ γὰρ εὑρήσεις ἐμοῦ
ζητῶν ἔτ' ἄνδρα τοὺς τρόπους βελτίονα,
μὰ τὸν Δί'· οὐ γὰρ ἔστιν ἄλλος, πλὴν ἐγώ.
ΠΛ. ταυτὶ λέγουσι πάντες· ἡνίκ' ἂν δέ μου
τύχωσ' ἀληθῶς, καὶ γένωνται πλούσιοι,
ἀτεχνῶς ὑπερβάλλουσι τῇ μοχθηρίᾳ.
ΧΡΕ. ἔχει μὲν οὕτως· εἰσὶ δ' οὐ πάντες κακοί.
ΠΛ. μὰ Δί', ἀλλ' ἅπαξ ἅπαντες. ΚΑΡ. οἰμώξει μακρά.

P L. Iam ſinite abeam: quæ enim ex me ſcire vos oportuit, iam ſciſtis CHR. Non herclè ſinemus, quin multo etiã cupidius te retinebimus. PL. An non prædixi futurum, vt vos mihi ſemel cognito negotium faceretis? CH. Obſecro da te mihi, & ne me relinquas: quandoquidem alium virum qui me candore morum, et probitate vincat, etiam ſi quærere amplius inſtituas, nullum tamen inuenias, nullum, inquam, per Iouem. Nam præter me vnum, alius eſt nuſquam. PLV. Hoc ipſum nemo mihi non dicit: at eidem vbi pro voto licuit me frui, & ditari, multis partibus dubio procul cęteros exuperat improbitate. CH. Eſt ita certè vt dicis, verùm non omnes ſunt mali. PL. Bellè hoc ais ſcilicet, imò verò omnes in vniuerſum huiuſmodi ſunt. CAR. Faciam vt te impendiò huius pœniteat.

ἄφετον. ἀφίημι facit indefinitum β imperatiui ἄφες, unde eſt ſecunda hæc dualis perſona. ἴσον pro ἴσατον per ſyncopen ab ἴσημι. τὰ ἀπ' ἐμοῦ τὰ ἀπ' ἐμοῦ, rationem rerũ mearum, qui ſim, unde ueniam, & cæcitatis meæ cauſam. μὰ δία. μὰ negat, non per Iouem. ſ. ἀφήσομέν σε. ἑξόμεθα, futurum τοῦ ἔχομαι, quod eſt, ita alicui hæreo, ut ab eo reuelli nequeam. ἐμέλλετον. μέλλω, futurus ſum, amat futurum infinitiui: reddi ſolent per participium futurum & uerbum ſubſtãtiuum, hoc modo, μέλλω λέξειν lecturus ſum, μέλλω

ἄφετον. ἴσον. μά. ἔχομαι. μέλλω.

ἀντιβολῶ. ἕξειν, habiturus sum, ἐμέλλετον παρέξειν, facturi eratis. ἀντιβολῶ, alicui me tota ui oppono, ut precibus uictum in meam sententiam traham. παρὰ τὸ ἄντην ποδῶν βάλλεσθαι, ut nonnullis placet, id est in genua procumbo, ad alicuius pedes me prouoluo. Quod si ἀντιβολέω simpliciter & sine casu ponatur, ut hic, in aduerbiū migrat, ut illa Latinorum, obsecrò, orò, cedò, amabò.

πιθοῦ. πιθοῦ, thema πείθομαι habet indefinitum β ἐπιθόμην, unde est imperatiuū temporis eiusdem πίθου, & Atticè accentu mutato πιθοῦ, sine ut hoc tibi persuadeam. ἐμοῦ post anorme comparatiuū, βελτίονα. τοὺς τρόπους. s κατά. μὰ τὸν δία confirmatio est hominis urgentis. ἄλλος. s ἀγαθὸς τοὺς τρόπους. Si Plutus statuit ad bonos ire, in agro autem Attico Chremylus solus sit bonus, debet unius Chremyli cōsuetudine, contentus esse.

ταυτί. ταυτὶ Atticum est ἀντὶ ταυτά.

τύχωσι. τύχωσι, indefinitum β subiunctiui à themate τυγχάνω, consequor, adipiscor.

ἀληθῶς, Is non dicitur frui Pluto ἀληθῶς, idest, uerè & perfectè, qui eum tantummodo uidet, uel cum eo obiter agit, sed qui pro suo arbitratu multos dies cum eo uersatur.

τέχνη. ἀτεχνῶς. ἀτεχνῶς. τέχνη Atticis est dolus, hinc ἀτεχνῶς, ἄνευ τῆς τέχνης sine dolo, ergo uerè, re uera, ut planè, & id quod res est dicam. ὑπερβάλλουσι. s. τοὺς ἄλλους. Quondam inopes & boni, ubi semel animum ad diuitias appulerunt, fiunt omnium sceleratissimi. ἔχει s. πρᾶγμα, ita res habet ut dicis, nempe ex diuitijs omnes fieri deteriores. Sed quomodo hæc constāt?

ἀντίφασις. Plutus dixit, ταυτὶ λέγουσι πάντες, Pluti confirmans dictum Chremylus dixit, ἔχει μὲν οὕτως. Mox uerò subdit, quod utriq; aduersetur, εἰσὶ δ' οὐ πάντες κακοί. Attende, Chremylus cautè assentitur Pluto, dum ait, ἔχει μὲν οὕτως, ueretur enim ne quid dicat, quo offensus Plutus, statim abire paret. Propterea insinuans se in gratiam Pluti,

πάντες. uult uerbum πάντες mitius accipi, ut sit idem quod πάμπολλοι, plerique: ualde multi quidem sunt, inquit, in quos competat quod dixisti, non cōtinuò tamen in omnes conferas. μὰ δία. Profert hoc obliquè, & capite obliquato: per auctam syllabis dictionem, rei denotat

ἀπαξάπαντες. incrementum, non sunt mali omnes, sed omnes simul, omnes ad unum. Sic dicunt, non est μέγας, sed μέγιστος, atq; adeò τριμέγιστος. μακρά. Quod dominus blāditijs impetrare nequit, seruus ferocior (quoniam non immemor quantum antea ipse cum hero minus profecerit) minis extorquere tentat. Est μακρὰ adiectiuum neutrum plurale, ἀττικῶς pro aduerbio positum. λίαν, πάνυ, multum, diu. hoc sensu: dū omnes improbitatis insimulas, facis quod olim etiam atque etiā te pœniteat. Vide ne hoc nomine pœnas aliquando des grauissimas.

XPE.

ΧΡΕ. Σὺ δ' ὡς ἂν εἰδῇς, ὅσα, παρ' ἡμῖν ἢν μένῃς,
γενήσετ' ἀγαθά, πρόσεχε τὸν νοῦν, ἵνα πύθῃ.
οἶμαι γάρ, οἶμαι (ξὺν θεῷ δ' εἰρήσεται)
ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθαλμίας,
βλέψαι ποιήσας. ΠΛ. μηδαμῶς τοῦτ' ἐργάσῃ·
οὐ βούλομαι γὰρ πάλιν ἀναβλέψαι. ΧΡ. τί φῄς;
ΚΑ. Ἄνθρωπος οὗτός ἐστιν ἄθλιος φύσει.

CHR. Tu verò vt intelligas, si apud nos permanseris, quibus, ac quantis cumulabere commodis, attentior paulò me audi, vt quod dicam in animum tibi inducas. Spes est certissima (Diis meos conatus adiuuantibus) fore, vt visu opera mea tibi restituto, ista libereris cæcitate. PL. Hoc minimè feceris, quoniam visum recuperare non lubet. CHR. Quid ais? CAR. Næ homo iste ingenio est ad miseriam egregiè nato.

γενήσεται, aderunt tibi bona. Vt intelligas ergo non continuò omnes malos esse, qui ditescunt, méque in eorum albo esse nõ debere, qui te præsente improbiores euadunt. τὸν νοῦν *non autem solùm, sed & mentem dictis meis accommoda, quoniam quod dicturus sum ego, de nihilo non est.* πύθῃ, *Indefinitum ß subiunctiui à themate* πυνθάνομαι. οἶμαι, *geminatum hoc uerbum asseuerationem habet maiorem.* ξὺν θεῷ εἰρήσεται. *Quod iam audies, dicetur cum Deo. i. fauente numine: næ sanus usqueadeò non sum, ut ausim polliceri planè in me situm esse, quod promittam, & me illud suscepturũ inuitis Dijs.*

πύθῃ.

ξὺν θεῷ.

ὀφθαλμίας. *Est hîc* μείωσις *quæ rẽ extenuat,* ὀφθαλμία *enim potius morbus est oculorum ad tempus: cum autem agatur de cæcitate quæ nullo tempore curatur,* ὀφθαλμίαν *pro* πηρώσει *uel* τυφλώσει *posuit. Quid autem si cæcitatem ideo uocat* ὀφθαλμίαν, *quòd eam existimet curabilem?* ποιήσας. *uerba, hoc modo disponantur,* οἶμαι ποιήσας βλέψαι, *arbitror, & spero ubi fecero ut uideas,* ἐμὲ *s.* ἀπαλλάξειν σε, *me liberaturum te* ταύτης τῆς ὀφθαλμίας. *Animaduerte nominatiuũ* ποιήσας *cũ infinitiuo* ἀπαλλάξειν *Attica cõstructione iunctũ: nã cõmunis syntaxis exigeret* οἶμαι ποιήσαντα ἀπαλλάξειν. φύσει. *Nõ protinus miser natura is est cẽsendus, qui in periculũ cadit, sed qui prudẽs, sciẽs et uolẽs ipse sibi malũ accersit, aut qui in discrimẽ*

ὀφθαλμία

Nominatiuus.

lapsus,

lapsus, ab eo ut statim expediatur tota ui non adnititur, huiusmodi sanè qui est, dignißimus est, qui miser in miseris pereat miserrimè.

ΠΛ. ὁ ζεὺς μὲν οὖν εἰδὼς τὰ τούτων μῶρ', ἐμὲ, εἰ
πύθοιτ' ἂν, ἐπιτρίψειε. ΧΡΕ. νῦν δ' οὐ τοῦτο δρᾷ;
ὅστις σε προσπταίοντα περινοστεῖν ἐᾷ;
ΠΛ. οὐκ οἶδ', ἐγὼ δ' ἐκεῖνον ὀῤῥωδῶ πάνυ.
ΧΡ. ἄληθες; ὦ δειλότατε πάντων δαιμόνων·
οἴει γὰρ εἶναι τὴν Διὸς τυραννίδα,
καὶ τοὺς κεραυνοὺς, ἀξίους τριωβόλου,
ἐὰν γ' ἀναβλέψῃς σὺ, κἂν μικρὸν χρόνον;
ΠΛ. ἆ, μὴ λέγ' ὦ πόνηρε ταῦτ'. ΧΡ. ἔχ' ἥσυχος·
ἐγὼ γὰρ ἀποδείξω σε τοῦ διὸς πολὺ
μείζω δυνάμενον. ΠΛ. ἐμέ; Σύ; ΧΡ. Νὴ τὸν οὐρανόν.

PL. Enimuero, Iupiter ille, quem horũ vesania non latet, ad hæc semel si attenderit, totum me comminuet. CH. Quasi verò iam hoc ipsum non faciat, cùm te scilicet passim impingentem ita oberrare sinit. PL. Ego quid obgannias nescio: hoc scio, illum nimis formidabilem mihi esse. CH. Itáne verò? ò Deorum omnium meticulosissimè! Si visum recuperaris, idq; per paucos tantùm dies, credas illam Iouis tyrannidem, & illa Iouis fulmina, vel tribus obolis digna? PL. Ah infelix, talia, obsecro, ne loquitor. CH. Otioso, & quietiore animo esto: nam tibi comprobaro argumentis non pœnitendis, neque leuibus, te ipso Ioue multò etiam potétiorem. PL. Tú ne? Mihi? CH. Probabo ego tibi, per cœlum.

ὁ ζεύς. Plutus uerba hæc summißè, & auersa nonnihil facie, profert. Quare perinde ac si Chremylum & Carionem non alloqueretur, tertia persona utitur, non secunda, τὰ τούτων μῶρα, horũ, id est, uestram insipientiam. At Chremylus in Plutum ualde intentus,

quæ

quæ dicuntur omnia exaudit, ad eaq; respondet. μωρά .ſ. ἔπη, *sermones tam impios, & usqueadeo inconsulta consilia.* Capit adiectiuũ *genere neutro pro substantiuo,* τὴν μωρίαν, τὴν μωρολογίαν. εἰ πύθοιτο, *si intellexerit.* Quî *possunt, quæso, hæc constare?* ὁ Ζεὺς εἰδὼς, εἰ πύθοιτο, *Iupiter qui hæc nouit, si ea intellexerit.* Iupiter *omnia uidet, omnia audit, omnia intelligit, sed in multis conniuet: eaq; quasi nõ audire uidetur, quorum tamen ultionem in aliud tempus differt.* Hoc *adde flagitiosius esse, malè loqui, quàm malè sentire.* ἐπιτρίψει *fregerit, attriuerit, non eo contentus quòd me excæcarit.*

μωρά.

Iouem audire.

οὐ τοῦτο δρᾷ. οὔ σε ἐπιτρίβει; προσπταίοντα. Dum *cæci in cespites, ligna, lapides offendunt,* προσπταίουσι, Dum *sic ingrediuntur, ut unde profecti sunt, eodem sæpe uideantur reuerti,* περινοσοῦσι.

προσπταίειν.

περινοσεῖν.

οὐκ οἶδα, *Auribus obturatis auertit se à* Chremylo. Nec *uolo, inquit, nec debeo, nec audeo huiuscemodi uerba in* Iouẽ *cogitare, uel dicere, imò ne audire quidem.* ὀῤῥωδῶ. ὄῤῥος, *os est unde cauda pendet, pro cauda ipsa capitur.* δέω *timeo,* ὀῤῥωδῶ *metuo, formido, propriè de animalibus dicitur caudam propter metum reducentibus.* ἄληθες, Aduerbiascit *adiectiuum neutrum.* Atticè *autem est proparoxytonum, communiter enim oxytonum est.* δειλότατε. Quid *faciat uehemens pecuniæ studium!* Chremylus *scit* Deos *minores subijci maioribus: propterea* Vulcanum *quondam ab* Ioue *de cœlo in terram præcipitatum tradunt, &* Plutus *ipse ab eodẽ se ait excæcatum, & tamen dum* Plutum *in suam sententiam pellicit,* Iouem *aspernari non dubitat.* Plutumq; *ut ignauum, accusat.* πάντων *omnium* Deorum, *quem puto etiam* Dijs *minoribus pauidiorem, cùm tamen inter maiores sis collocandus.* γάρ, Interrogationi *particula hæc seruit non inuenustè.* τυραννίδα. Priscis *seculis tyrannus rex erat, & tyrannis imperium significabat, ut hîc.* Iouem Deorũ *regem fuisse poëtica figmenta canunt: illius arma* κέραυνον *esse tradũt, unde* κεραύνιον & τερπικέραυνον, *id est, fulminatorem, fulmine gaudentem, quod in sontes contorquet.* Quoniam *ergo* Chremylus *sentit* Plutum, *metu* Iouis *illius tanti, à sua sententia alieniorem,* Iouis ὑπεροχὴν *despicienter tractat.* τριωβόλου. Obolus *æreum fuit numisma minutulum, inde dictum quòd obelisci imaginem præferret.* Quoniam *uerò huius nummi pretium est minimum, quod uolunt uideri uilißimum & contemptißimum, aiunt non esse dignum obolo, dyobolo, triobolo, tetrobolo &c.* Compositio, ο *in* ω *mutat in secunda horum nominum syllaba.* ἐάν γε. Non *in totum aspernatur* Iouis *fulmen: ait,* Iouem *solere quidem eos fulmine tangere, qui grauiora*

ὄῤῥος.

ὀῤῥωδῶ.

ἄληθες.

γάρ.

Tyrannus.

κεραύνιος.

Obolus.

admittunt facinora, leuiora autem eum negligere, quale fuerit si Plutus per aliquot tantùm dies uiderit. ἆ aduerbium ἐπιτιμητικόν. Auersatur, & increpat Chremylum, de quo audire quidquam in contemptum Iouis non sustinet. πόνηρε. Transtulit accentum Atticè, nã communiter πονηρὸς scribitur. ἔχε, gere te, esto ἥσυχος, id est quietus: uno uerbo dicas ἡσύχαζε, contice, de hac re loqui supersede.

μείζω. μείζω, maiora comparatiuum anorme plurale, contractum Atticè à communi μείζονα. ἐμέ; Ex animo autem hoc profertur & distinctè. Méne tantillum Deum Ioui anteponas? Σὺ tu qui homuncio tantùm es, & idem rusticus imperitissimus? οὐρανόν. Per Cœlum iurat, quoniam olim Solem, Lunam, Stellas, & Cœlum non modò animalia esse, uerùm etiam Deos existimarunt, θεοὺς q;, id est Deos dixerunt, ἀπὸ τοῦ θέω curro, quòd perpetuo motu circumagerentur.

(Margin: ἆ. — Cœlum. — θεός.)

Αὐτίκα γὰρ ἄρχει διὰ τί ὁ Ζεὺς τῶν θεῶν; ΚΑΡ.
Διὰ τ' ἀργύριον, πλεῖστον γὰρ ἔστ' αὐτῷ. ΧΡ. φέρε·
τίς οὖν ὁ παρέχων ἐστὶν αὐτῷ τοῦθ'; ΚΑΡ. ὁδί.
ΧΡ. θύουσι δ' αὐτῷ διὰ τίν'; οὐ διὰ τουτονί;
ΚΑΡ. καὶ νὴ Δί'· εὔχονταί γε πλουτεῖν ἄντικρυς.
ΧΡ. οὐκοῦν ὅδ' ἐστὶν αἴτιος, καὶ ῥᾳδίως
παύσειεν, εἰ βούλοιτο, ταῦτ' ἄν. ΠΛ. ὅτι τί δή;
ΧΡ. ὅτ' οὐδ' ἂν εἷς θύσειεν ἀνθρώπων ἔτι,
οὐ βοῦν ἄν, οὐχὶ ψαιστὸν, οὐκ ἄλλ' οὐδὲν,
μὴ βουλομένου σοῦ. ΠΛ. πῶς; ΧΡ. ὅπως; οὐκ ἔσθ' ὅπως
ὠνήσεται δήπουθεν, ἢν σὺ μὴ παρὼν
αὐτὸς διδῷς τ' ἀργύριον· ὥστε τοῦ Διὸς
τὴν δύναμιν, ἢν λυπῇ τι, καταλύσεις μόνος.
ΠΛ. τί λέγεις; δι' ἐμὲ θύουσιν αὐτῷ; ΧΡ. φημ' ἐγώ.

Ecce protinus demonstro. Tuus ille Iupiter vndenã habet, quod reliquis Diis imperet? CAR. Ab argento scilicet, quod ille habet, quantũ alius nemo. CHR. Agè porrò: illi quis argentum suppeditat? CA. Quis, si non hic? CHR. Ioui quod sacra fiant, quis alius, quàm hic, in causa? CAR. Nullus omnino: certum est enim omnia sacri-

ſacrificantium vota huc redire, vt diteſcat qui precatur. CHR. Conſequitur ergo hunc vnum ſacrorum authorem eſſe: eaq́;, ſi huic vni ita viſum fuerit, facilè ceſſatura. PL. Quamobrem id tandem? CHR. Quoniam ex omnibus hominibus, nullus hercle poſthac futurus eſt, qui, te nolènte, Deorum vlli vel bouem, vel pſæſtũ, vel aliud, quodcunq; illud ſit, offerat. PL. Quinam hoc aũt? CHR. Qui rogas? quia nulla ratione fiet, vt quis ſacrificandum quidpiam emat, cui comparando pecuniam ipſe non ſuffeceris, adeò ſanè vt Iouis ipſius vim illam ſummã ſi qua in re moleſtior tibi videatur, tu ſolus ſis oppreſſurus. PL. Siccine ais? Mcóne vnius beneficio Ioui ſacrificatur? CH. Tuo vnius planè.

αὐτίκα γὰρ. ſtatim certè .ſ. ἀποδείξω. In promptu habeo unde tibi monſtrem te Ioue ipſo potentiorem: hoc nullo negotio probare poſſum. ἄρχει, præeſt, præficitur alijs Dijs: nam appellari conſueuit, πατὴρ ἀνδρῶν τε, θεῶν τε, hominum ſator, atq; Deorũ. διὰ τίνα. τίνα accuſatiuus ſingularis perſonæ rationẽ habet. Per quẽ habet imperiũ? cui debet acceptũ ferre ſuũ imperium? τἀργύριον, pro τὸ ἀργύριον. Rogauit Chremylus de perſona, Carion reſpõdet de re. Per pecuniã, nomine aũt pecuniæ omne diuitiarum genus intelligit. Ridet interim, & pro ueteris comœdiæ libertate Iouẽ inſectatur, qui cũ uiueret fortunatiſsimus, et hominũ longè ditiſsimus, honores diuinos ſibi aſſumpſit, templa ſibi ſacrari iuſsit, & poſteritatem ueſana religione adſtrinxit, nunquam hæc facturus, ſi diuitijs non præcelluiſſet. τίς ὁ παρέχων ἐστίν; periphraſis ſolius uerbi. τίς παρέχει; τουθ᾽, τοῦτο ἀργύριον. ὁδί. Atticum pro ὅδε, hic, demonſtrato Pluto. Sic antea dixit τοδὶ pro τόδε. θύουσι ut in cœlis Iupiter regnat per Plutum, ita in terris per eundem colitur. Ergo nihil uſquã Iupiter habet, quod Pluto non debeat. εὔχονται πλουτεῖν· Iouem inuocant ut diuites fiant, ſcopus ſacrificantium, opes. Itaque non tam propter Iouem, quàm propter Plutum, & eius largitionem uota ſacrificantium uideantur ſuſcepta. ἄντικρυς, manifeſtè: huiuſmodi preces uulgò audiuntur, ut nemo ſit qui diffiteatur, aut id negare audeat. αἴτιος causa τῶν θυσιῶν, καὶ εὐχῶν ſacrificiorum & precum. ταῦτ᾽. ταῦτα, illa ſacrificia & uota. Cum παύσειεν iunge ἄν. ὅτι τι δή; Hactenus Chremylus & Carion de Ioue diſputarunt Pluto tacente, omnia tamen audiente, tandem uerò quadam honoris, & potentiæ

Pecuniã.

ὁδί.

ἄντικρυς.

ὅτί τι δή.
ὁ.
ὅτινα.
ὅτῳ.

suæ titillatione tactus, quidnam sit quod illi de se asserant, altiori indagine scire cupit, ὅ τί τι δή; In ὅτι o abundat: τί interrogat, alterum τι uacat, significat ποτε. Ergo ὅτί τι δή; nihil aliud est quàm τί δή ποτε. Quî tandem hæc constent quæ dicitis? Iam uerò ὁ πλεονάζειν uidere est in quamplurimis locis, ὅτινα ἔργα, pro τινα solùm, & ὅτισι pro τισι. Tale fuit ὅτῳ, quod antea legimus ὅτῳ ζωαντήσαιμι πρῶτον δεξιῶν. &c. ubi τῷ pro ᾧ uel ᾧτινι accipitur, τῷ o præpositiuo, ocioso manente. Quid autem si ὅτι simpliciter & sine interrogatione accipias, pro quoniam, τι itidem abundante, ut cum ironia Plutus aliquid dicere incepisset, quod Chremylum & Carionem morderet, eorumq; dicta subsannaret? Quoniam scilicet, inquit, Vlterius autem dicendo ne progrederetur Chremylus impedit: uerbum eius interrumpit, aliò spectans, quàm quò euasurus erat Plutus. ὅτι οὐδ᾽ εἷς pro οὐδεὶς θύσειεν ἄν, Quoniã nullus mortaliũ posthac Ioui oblaturus est, non bouẽ &c. Græcus interpres ὅτι pro πῶς accipit. πῶς ἄρα, i. διὰ τίνα τρόπον, quomodo isthæc dixisti? conuenit hæc interpretatio cum priore illa. βοῦν ἄν. Particula hæc ἂν apud Atticos subinde uacat, uel præcedentis uerbi rationem habet, ου βοῦν ἂν θύσειεν. ψαιστόν. Psæsta placentæ erant, & liba in sacrificijs adhiberi solita. uocantur & κάμματα, quæ sunt folia lauri: propterea autem κάμματα dicebantur, quòd psæsta folijs lauri tecta apponebantur comedenda. ὅπως. Ecce & ὅπως pro πῶς, τὸ ο, περιττεύοντος. οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως ὠνήσεται, non est ut quis emat, nullo modo qui uolet sacrificare empturus est bouẽ. ἢν σὺ μὴ pro εἰ μή σὺ, nisi. παρών, præsens, id est, propitius & fauens. αὐτὸς, ipse, non alius tuas uices gerens. τι. s. κατὰ in aliquo, uel minimo etiam.

ἄν.

ψαιστόν.
κάμματα

ὅπως.

παρών.

καὶ νὴ Δί᾽, εἴ τι γ᾽ ἔστι λαμπρὸν καὶ καλὸν,
Ἢ χαρίεν ἀνθρώποισι, διὰ σὲ γίγνεται.
Ἅπαντα τῷ πλουτεῖν γάρ ἐσθ᾽ ὑπήκοα.
ΚΑΡ. Ἔγωγέ τοι διὰ σμικρὸν γ᾽ ἀργυρίδιον
Δοῦλος γεγένημαι· διὰ τὸ μὴ πλουτεῖν ἴσως.

Quin, vt verè dicam, si quid vspiam est quod hominibus sit splendidum, honestũ, aut alioqui gratiosum, te vno authore tale videtur. Nulla enim res est, quæ pecuniæ

cuniæ non obediat. CAR. Ego hocce meo malo didici:qui, quoniam pauperior olim fui, nunc cogor pecunia emptus modica,miseram seruire seruitutem.

Verbum pro nomine

τῷ πλουτεῖν,*uerbum pro nomine* τῷ πλούτῳ *diuitijs. In hanc rem extant non inuenusti,neque relatu indigni Græcorum uersiculi.*
τ' ἀργύριόν ἐστιν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς·
ὅστις δὲ μὴ ἔχει τοῦτο, μηδὲ κτήσατο,
οὗτος μετὰ ζώντων τεθνηκὼς περιπατέει. *id est,*
Hominibus uelut sanguis & anima est argentum:eo qui destituitur,nec ipsum sibi parauit , is inter uiuos mortuus obambulat. ἐσθ' ὑπήκοα,*pro* ὑπακούουσι,*subseruiunt.* ἔγωγε *idem quod* ἐγώ, *nisi quod* ἔγωγε *pronomen Atticum in principio amat poni,*ἐγὼ *autem commune in principio iuxta & in medio.* τοι *uel expletiuum sit, uel pro* γοῦν *accipiatur.* σμικρόν. *Prostesis pro* μικρόν. *Superflua, uideri potest hæc dictio,cùm* ἀργυρίδιον *pecuniolam,id est, paruam pecuniam significet. Verùm uel poëtico iure diminutiuum pro primitiuo usurpat:uel per duo hæc* ὑποκοριστικὰ,*rei & pecuniæ exprimit tenuitatem. Ne quis autem putet hæc rusticè à seruo subijci, & leuia grauibus stultè immisceri.Si etenim libertas inæstimabilis res est, an non est miranda uis pecuniæ,quæ,pusilla etiam,homini libertatem seruare,auferre ue queat?* ἴσως.ἐπίσης τοῖς ἄλλοις,*non æquè diues atque alij. Seruorum origo à bello est,in quo qui capiũtur,si redimere sese non possunt præ inopia,in seruitutem rediguntur.*

ἔγωγε. *τοι.* *σμικρόν.* *Diminutiua*

ΧΡ. καὶ τάς γ' ἑταίρας φασὶ τὰς Κορινθίας,
ὅταν μὲν αὐτάς τις πένης πειρῶν τύχῃ,
οὐδὲ προσέχειν τὸν νοῦν· ἐὰν δὲ πλούσιος,
τὸν πρωκτὸν αὐτὰς εὐθὺς ὡς τοῦτον τρέπειν.

CHR. His amplius. De Corinthiis scortis hoc aiũt,
Qui eas ambit , si pauper est , nulla eius habetur ratio:
At si diues,protinus illa ruunt in amplexus, liberamq; sui copiam faciunt.

ἑταίρας. *Non modo Iouem,sed & Venerem sine Pluto frigere ostendit: idq; non ex quibuslibet meretricibus,sed ex Corinthijs , ut nobilio-*

Corinthus. *nobilioribus. Corinthus urbs in Isthmo collocata fuit, duos habens portus, alterum qui Asiam, alterum qui Italiam spectaret. Corinthij ad pelliciendos undecunque homines, et ut ex frequentiori hominum cõcursu suam urbem opulentiorem redderent, templum Veneri sacrarunt, quod puellas Veneri sacras plus mille capiebat, quæ prostando ac uulgò quæstum faciundo, tandem eò luxus & delitiarum peruenerunt, ut non nisi opulentißimos quosque admitterent: qui enim quod poscebant, nõ pendebat, probrosè eijciebatur. Nemo ferè est quin sciat*

Demosthenes. Lais. *Demosthenem Laidem, Corinthiacum celeberrimum scortum, adijsse, quæ posteaquam petiuisset μυρίας δραχμὰς. i. decem milia drachmarum, Demosthenes magnitudine pretij perculsus, non minus prudẽter quàm uerecundè illinc se subducens, ait, οὐκ ὠνοῦμαι μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν, id est, decies mille drachmis pœnitudinẽ non emo.* πειρῶν τύχῃ, *tentans fuerit, pro* πειράσῃ *tentarit, de stupro interpellarit.* πειρῶ. *Atticè* πειρῶν *pro* πειρῶν *positum est.* τὸν νοῦν. *adeò aspernantur, adeò non dignantur alloquio, ut ne ad eos quidem animaduertant. Non modò autem Corinthiarum, sed & omnibus omnium meretricum ingeniis insitũ est, ut non gratia aut elegãtia amãtis moueantur, neq; rationibus ullis eas melius flectas, quã tinnulis. i. pecunia numerata. Proinde Plautinum illud scortillum dicebat: Oculatæ sunt nostræ manus, credunt quod uident.* πλούσιος *repete,* πειρῶν τύχῃ.

πρωκτός. πρωκτὸν, *podicem,* τὰ αἰδοῖα *intelligit, uidetur sumptum à canibus.* αὐτὰς. *s.* φασὶ, & ὡς *pro* πρὸς *ut anteà accipe.*

ΚΑΡ. Καὶ τούς γε παῖδας φασὶ ταυτὸ τοῦτο δρᾶν,
οὐ τῶν ἐραστῶν, ἀλλὰ τ᾽ ἀργυρίου χάριν.
ΧΡ. οὐ τούς γε χρηστούς, ἀλλὰ τοὺς πόρνους· ἐπεὶ
αἰτοῦσιν οὐκ ἀργύριον οἱ χρηστοί. ΚΑΡ. τί δαί;
ΧΡ. ὁ μὲν ἵππον ἀγαθὸν, ὁ δὲ κύνας θηρευτικάς.
ΚΑΡ. Αἰσχυνόμενοι γὰρ ἀργύριον αἰτεῖν ἴσως,
ὀνόματι περιπέττουσι τὴν μοχθηρίαν.

CAR. Hoc ipsum & pueros, non amatorum, sed pecuniæ gratia, factitare ferunt. CHR. Id non de bonis, sed de cinædis dictum putès: quandoquidem qui boni sunt, argentum hoc nomine non exigunt. CA. Quidnam ergo? CH. Hic equũ quidem generosum, ille verò

venaticos

venaticos canes. CA. Fit fortasse, vt, dũ pecuniã poscere pudet, suum flagitiũ, hoc prætextu tegant speciosiore.

καὶ τούς. Execratur infandos amores & spurcos παιδεραστῶν concubitus, de quibus, Platone referente, μυρία γέγονεν ἀνθρώποις ἰδίᾳ, καὶ ὅλαις πόλεσι κακά, id est, hominibus priuatim, urbibus uerò publicè innumera contigerũt mala. Quoniam libido hæc, ut idẽ Plato ait, ἐκ προνοίας τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος κτείνει, id est, consultò, atque dedita opera genus humanum destruit. Ab hoc plus quàm prodigioso coitu, quoniã contra naturã est, bruta, et expertia rationis animalia abstinent. Authorẽ παιδικῶν Ouidius Orpheum scribit:

παιδικά.

Ille etiam Thracum populis fuit author, amorem
In teneros transferre mares &c.

Orpheus.

Sunt qui Thalonem Cretensem faciant principem: Hic autem fuerit necne non satis certum. Hoc tamen ex Aristotele scitur, Masculam Venerem, lege etiam lata, permissam in Creta fuisse. ταυτό. τὸ αὐτὸ, id ipsum, nempe τὴν πρωκτὸν τρέπειν. τ' ἀργυρίου, τοῦ ἀργυρίου pecuniæ gratia. Propterea Latini scorta mascula uocant pueros meritorios à merendo. i. lucri & quæstus gratia aliquid faciendo. χρηστούς. οὔ φασι, inquam, τοὺς χρηστοὺς τοῦτο δρᾶν τοῦ ἀργυρίου χάριν, uocat per ironiam χρηστοὺς pueros faciliores & placidiores, quasi uerò ideo culpabiles non sint, quòd alijs contẽti rebus, ære non mercant. τί δαί; δαὶ loco τοῦ ἢ productionis gratia διφθογγογραφεῖται. ὁ μὲν. s. αἰτεῖ. ὀνόματι, hoc nomine, huiusmodi petitione. Peterent quidem non illibenter argentum, sed honestiore titulo suam celant infamiam: homine enim liberali et ingenuo dignius est, equum, annulum, aut aliquid tale, quàm pecuniam petere. περιπέττουσι, inuoluunt, occultant. Sumptum à pistoribus fermentũ in cõficiendo pane sic confundentibus, ut nusquam esse appareat. μοχθηρίαν, auaritiam & argenti cupiditatem: uel potius τὴν ἀσέλγειαν turpitudinem & obscœnam libidinem.

Thalo.

Meritorij pueri.

χρηστός.

Δαί.

περιπέττειν.

ΧΡ. τέχναι δὲ πᾶσαι διὰ σὲ, καὶ σοφίσματα
ἐν τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἐσθ' εὑρημένα.
ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν σκυτοτομεῖ καθήμενος,
ἕτερος δὲ χαλκεύει τις, ὁ δὲ τεκταίνεται,
ὁ δὲ χρυσοχοεῖ γε χρυσίον παρὰ σοῦ λαβών·
ὁ δὲ λωποδυτεῖ γε νὴ Δί', ὁ δὲ τοιχωρυχεῖ·

ὁ δὲ κναφεύει τις, ὁ δὲ πλύνει κώδια·
ὁ δὲ βυρσοδεψεῖ γ', ὁ δὲ πωλεῖ κρόμμυα·
ὁ δ' ἁλοὺς γε μοιχὸς διὰ σέ που παρατίλλεται.

CHR. Huc accedit, quòd omnes artes & sophismata, quotquot homines norunt, propter te sunt excogitata. Etenim ex hominum colluuie hic sedendo sutoriam, ille ærariam, alius verò exercet architectonicam. Est qui aurum de te acceptum conflet. Videas qui alios expolient, quiq; muros effringant. Aliis fullonia nõ displicet. Reperias quos iuuet coria lauare et tingere. quid quod spe diuitiarum sunt qui cepas etiam vendát? cum interim prę inopia, alius adulterii dánatus, nimis ignominiosè depiletur.

τέχνη. *τέχναι. Ex ijs quæ sequuntur, intelligit artes quibus inest μεταχείρησις & ἐργασία, id est, quæ manibus peraguntur, sordidas artes, & illiberales, quo in genere sunt, quarũ hic meminit.*

σοφίσματα. *Et σοφίσματα, imposturæ, & fraudes compositæ, siue in artibus sint, siue extra artes. ἐν τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἐσθ', Atticè pro ἐν τοῖς ἀνθρώποις εἰσί.*

σκυτοτομεῖν. Sutor. *σκυτοτομεῖ. Confictum uerbum à σκύτος carium, & τέμνω scindo. Eos generaliter notat qui ex corio opus faciunt. Latini à suendo sutores appellant.*

χαλκεύειν. *χαλκεύει. Si uerbi huius genuinam respicis significationem, is dicetur χαλκεύειν qui æs tractat, & ex eo aliquid facit. Laxius tamen accipi potest, pro eo nimirum qui æs, ferrum, plumbum, & alia metalla quæcunque parat.*

τεκταίνεσθαι. τέκτων. Faber. *Sic τεκταίνεσθαι hîc eum notat qui ex ligno, lapidibus, aut alia materia conficit opus, quamuis τέκτων (unde ductum est hoc uerbum) à τεύχω facio, & paro deriuetur, suapteq; natura significatio τοῦ τέκτονος tam latè pateat apud Græcos, quàm fabri apud Latinos.*

χρυσοχοεῖν. *χρυσοχοεῖ, τὸ χρυσίον χέει, aurum fundit, ex auro fusili opus aliquod facit: quod munus est aurificum. παρὰ σοῦ. Chremylus non tribuit speciatim Pluto æs, lignum, nec lapides, sed aurum: quoniam in auro diuitiarum pars uulgo censetur esse potißima & pulcherrima. Simul Chremylus indicat se non tam ἐπὶ σκύτει, quod aiunt, quàm ἐπὶ χρυσίον βλέπειν, id est, non tam ipsi animum esse in corijs, quàm in auro.*

λωποδυτεῖ. *λωποδυτεῖ, uox hæc, si non fallor, constituta est ex tribus, λώπη uestis, ὁδός uia, &*

uia, & δύω τὸ ἐκδύω exuo, ut sit in uia prætereuntes spoliare, uicos & uias obsidere, minor uis est in hoc quàm in eo qui τοιχωρυχεῖ *i. qui ædium muris & parietibus effoßis ædes inuadit alienas. Duobus hisce uerbis furta & rapinas omnis generis poëta tangit.* κναφεύει. *à* κνάω, *quod est* ξύω, *id est, rado fit* κναφεύω *uerbum fullonũ, pannos & uestes carduis radendo, polientium. Atticum est* κναφεύω *pro communi* γναφεύω. πλύνει. *Pellium nullus est usus, antè quàm in uasis ligneis, lapideis, terreis, uel æneis probè macerentur, deinde lauentur. Aliud itaque agit qui* πλύνει κώδια, *aliud qui* σκυτοτομεῖ. *Ab utroque differt qui* βυρσοδεψεῖ, *hic enim neque coria scindit, neque lauat, sed tingit & pilo nudatis colorem addit:* βύρσα *corium est,* δεψέω, *tingo.* κρόμμυα. *Species pro genere ponitur. Per cepas itaque, olera & omne genus herbas edules intellige.* ἁλοὺς, *captus, deprehensus, ab* ἁλίσκομαι *uerbo anormi.* παρατίλλεται. *Olim mœchus adulterij conuictus, pœnam ob flagitium irrogandam si diues erat pecunia redimebat, pauper pœnas luebat, quæ* παρατιλμὸς *uocabatur,* ἀπὸ τοῦ παρατίλλειν *i. ab euellendo, quoniam mœchorum nates & pudenda publicè uellebantur. Haud scio utrum magis mirũ, inueniri potuisse qui studio pecuniæ rem exercerent adeò sordidam: rursum tam miseros fuisse, qui pecuniolæ penuria, tam probroso cunctis essent spectaculo.*

τοιχωρυχεῖν.

κναφεύω.

πλύνειν.

βυρσοδεψεῖν.

ἁλοὺς.

Mœchi.

παρατιλμός.

ΓΛ. οἴμοι τάλας, ταυτί μ' ἐλάνθανε πάλαι.
ΧΡ. μέγας δὲ βασιλεὺς οὐχὶ διὰ τοῦτον κομᾷ;
ΚΑΡ. ἐκκλησία δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον γίγνεται;
ΧΡ. τί δὲ, τὰς τριήρεις οὐ σὺ πληροῖς; εἰπέ μοι.
ΚΑΡ. τὸ δ' ἐν Κορίνθῳ ξενικὸν οὐχ' οὗτος τρέφει;
ΧΡ. ὁ Πάμφιλος δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον κλαύσεται;
ΚΑΡ. ὁ Βελονοπώλης δ' οὐχὶ μετὰ τοῦ Παμφίλου;
ΧΡ. Ἀγύρριος δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον πέρδεται;
ΚΑΡ. Φιλέψιος δ' οὐχ' ἕνεκα σοῦ μύθους λέγει;
ΧΡ. ἡ ξυμμαχία δ' οὐχὶ διὰ σὲ τοῖς Αἰγυπτίοις;
ΚΑΡ. ἐρᾷ δὲ Λαῒς οὐ διὰ σὲ Φιλωνίδου;
ΧΡ. ὁ Τιμοθέου δὲ πύργος; ΚΑΡ. ἐμπέσοι γέ σοι.
ΧΡ. τὰ δὲ πράγματα οὐχὶ διὰ σὲ πάντα πράττεται;

μονώτατος γὰρ εἶ σὺ πάντων αἴτιος,
καὶ τῶν κακῶν, καὶ τῶν ἀγαθῶν, εὖ ἴσθ' ὅτι.
Καρ. κρατοῦσι γοῦν κἀν τοῖς πολέμοις ἑκάστοτε,
ἐφ' οἷς ἂν οὗτος ἐπικαθίζηται μόνος.

PLV. Me miserum qui hactenus isthæc ignoraui. CH. Magnus ille Persarū rex cuiusnā, si non huius beneficio tantus est? CA. An non propter hunc conuentus celebrantur, & conciones? CH. Aliundè ne quàm ab hoc Pamphilus habet quod lugeat? CA. Belonopola nonne ab eodem habet, cur cū Pamphilo ingemiscat? CH. Quis, præter hunc, in causa est, quòd insolēter adeò pedat Argyrius? CA. Aliús ne quàm tu facit, vt Philepsius fabulas narret? CH. Est, obsecrò, qui neget auxilium Aegyptiis per te datum? CAR. Et per eundem te, Laidē Philonidis amore captā? CHR. Iam superba illa Timothei turris? CA. Eius ruina opprimaris. CH. Vbi est qui diffiteatur abs te fieri, quidquid vsquam est rerū humanarū? verè omniū tum bonorū, tum malorū tu ipse author vnus es. Id quod tibi vt persuadeas, ego etiam atq; etiam velim. CAR. Fit hinc haud dubiè, vt semper & apud quoscūq; ea pars in bello vincat, in quam tu vnus inclinaris.

οἴμοι. τάλας. *οἴμοι aduerbium est hominis aliquid indignè ferentis, propterea conuenientißimè illi adiungitur nominatiuus τάλας, quo significatur, qui miser est, et aliquid præter meritum passus est, παρὰ τὸ ταλάω, suffero, et perpetior. ταυτί, ταῦτα. hæc fugerunt me, nec sciui tantā uim inesse mihi. μέγας. Paucula dixit Plutus, sed eiusmodi fuerunt, quæ facilè Chremylo & Carioni animū adderēt. Propterea quò magis urgeant, orationibus utuntur & rationibus ut non paucis, ita nec simplicibus, sed interrogatiuis, et uehemētiæ maioris.* Magnus rex. Cyrus. *Magnū regem absolutè uocant regem Persarū. Cùm enim Cyrus Assyriæ & Mediæ regna in Persas transtulisset, Asiam debellasset (unde argenti quingenta millia talentorum reportauit, præter craterē Semiramidis, cuius pondus erat quindecim talentorū) uocatus est μέγας βασιλεύς, à quo postea Persarū reges μεγάλους βασιλέας appellari se uoluerūt.* οὐχί. κομᾷν. *οὐχὶ idē quod οὐκ. κομᾷ, effertur et superbit. Ductū est ab ijs qui*

ab elegantiore capilitio, & comptula coma sibi placent. ἐκκλησία. Et belli & pacis tempore comitia fiunt, & hominũ cœtus lucri gratia: nã uolunt uel sua tueri, & conseruare, uel aliena usurpare. Quòd aũt sic urbes & populi concitentur, ingens Pluti numẽ facit. τριήρεις. Cùm bellum nauale gerendum erat, τριηράρχαι. i. classis & nauium præfecti eligebantur non pauperes, sed diuites, qui classem rebus bello gerendo necessarijs instruerent. εἰπέ μοι. Sic loquimur ubi rem significamus omnibus confessam. Dic mihi non tu sis qui naues communias? hoc innuit, non poßis negare. ἐν κορίνθῳ. s. ὂν quod est. ξενικὸν uocat τοὺς ξένους στρατιώτας peregrinos milites, et accititios. si Atheniẽses diuitijs nõ abundarent, unde nunc apud Corinthũ conductitium alerent exercitum? Facit Plutus, inquit, ut nostra negotia discriminis plena, sine periculo et noxa geramus. Obiter Athenienses mordet ut timidos et ignauos, quo nomine etiam Demosthenes in eos subinde inuehitur, quòd cõtra morẽ maiorũ ipsi in bellũ non prodirẽt, sed metu periculi extraneos mercede conducerẽt. πάμφιλος. Pamphilus Atheniensis fœnerator insignis rempublicã administrauerat, qui cum ærariũ expilasset, peculatusq; conuictus esset, publicata sunt uniuersa eius bona. Pamphilo parasitabatur Belonopola, qui in gratiam Pamphili sic se insinuauerat, ut Pamphili bona utriusque uiderentur cõmunia. Si itaque ob irrogatam multam, et amissas opes habuit Pamphilus quod lugeret, non defuit itidem Belonopolæ quod angeretur. Vides Plutũ optabilem & hominibus desideratũ, ut propter quem amissum, indoleant qui amiserint. κλαύσεται, futurum medium à themate κλαίω. ἀργύριος. Argyrius Atheniensis uir fuit prædiues, sed ob eximias opes adeò immodestus, & inuerecũdus, ut in cõgressu hominum πέρδας & crepitus infames edere non puderet. Ferè fit, ut credam hinc inoleuisse, ut apud Græcos βδέειν & πέρδειν, accipiantur pro opulentiam ostentare, uel simulare. Quod confirmatur prouerbiolo: Νεκρὸς κεῖται βδέων. id est, Mortuus iacet pedens. Hoc uult poëta dictum: Diuitibus licet qualiacunque facere, pauperibus non item. φιλέψιος. Philepsium tradunt non modò pauperem fuisse, sed & monstrosum, præterea linguacem & uerbosum: qui tamen fabellis ingeniosè recitandis, totam operam nauabat, ut uel hac ratione uitam facilius toleraret. Adeò natura etiam, & quæ nobis sunt congenea uitia, nos non queunt à studio & amore Pluti reuocare! αἰγύπτιος. Atheniensis ager parum fœcundus est, quo fit ut rei frumentariæ penuria laboret non rarò. Contrà autem Aegyptus est feracißima.

τριηράρχαι.

ξενικὸν.

Pamphilus.

Belonopola.

Argyrius.

βδέειν.

πέρδειν.

Philepsius.

Attica regio.

Aegyptus.

Contigit ut Athenienses σιτοδεία premente, missis ad Aegyptios legatis, frumentum ab illis peterent, petitumq; abundè reportarent. Illo ipso tempore Persæ coniuratis animis de occupanda Aegypto consultarunt. Protinus rogati Athenienses Aegyptijs auxilium mittunt: cõiunctis ergo utriusq; gentis uiribus, Persa profligato, stetit Aegyptus. Ecce ut regiones etiam ab iniuria tutas Plutus uindicet. φιλωνίδου. Philonidem & deformem, & rerum imperitum fuisse ex sequẽtibus constat. κάμηλος, inquit Phyllius, ἔτικτε τὸν φιλωνίδην· Camelus peperit Philonidem. Nicochares ἀπαιδευτότερος εἶ φιλωνίδου· Indoctior es Philonide. Theopompus & asinum, & asina matre natum eum scripsit. ὄνος μὲν ὄγκαθ' ὁ μελίτου φιλωνίδης, ὄνῳ μιγείσης μητρὸς ἔβλαστε· Philonides Meliti filius more rudit asinino, matre cum asino consuescente genitus est. Illum quamlibet inelegantem, ineptum & stultum, Lais tamen diuitem amauit, aut saltem illum amare, se simulauit. En quanta uis pecuniarum, & Pluti. Hîc subit quod forsan indignum animaduersione non fuerit. Athenæus, ubi de Naide scorto uerba facit, ambigit nũ hoc in loco pro Lais sit scribendum Nais. Verba illius sic habent: μνημονεύει αὐτῆς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ γηρυτάδῃ. μήποτε δὲ κἀν τῷ πλούτῳ (ἐν ᾧ λέγει· Ἐρᾷ δὲ λαΐς οὐ διὰ σὲ φιλωνίδου;) γραπτέον ναΐς καὶ οὐ λαΐς. id est, Meminit eius etiam Aristophanes in Gerytade. Ac nescio an in Pluto (ubi ait: Nonne propter te Lais amat Philonidem?) scribere oporteat Nais, non Lais. ὁ τιμοθέου. Timotheus Atheniensium dux fuit, qui uulgò εὐτυχὴς id est fortunatus est appellatus, propterea quòd ad quodcunque bellum missus esset, facilem inde ac certam uictoriam reportaret. Felicitatem eam qui illi inuidebant, uictorias Fortunæ magis fauore, quàm prudentia aut consilijs eius comparatas iactitabant. Quare in illius inuidiam pingebãt Fortunam uelut piscantem, & urbes ad rete cogentem, Timotheo interim propè dormiente. Inuidorum maledicentiam ipse sic eludebat: Si tantas urbes capio dormiens, quid putatis facturum me uigilantem? Extruxit hic mirandæ celsitudinis arcẽ: quam cum sua, nõ Fortunæ opera iactaßet, constructã, Fortuna quæ prius in conspectũ eius subinde uenisse credebatur, ab eo tempore nunquã est illi uisa. Licet per Timothei arcẽ, ædificia quæcunque magnifica intelligere, quæ nemo, citra fauorem Pluti, condat. ἐμπέσοι. Iöculariter, præterq; expectationẽ Chremyli Carion uerba hæc interijcit: cùm enim diceret Chremylus, ὁ τιμοθέου δὲ πύργος, quis non expectasset, aut hoc, aut tale quiddam esse addendum? οὐ διὰ πλοῦτον μέγας καὶ θαυμαστὸς ἐγένετο; Nonne

Philonides.

Melitus.

Nais.

Timotheus

Nonne magna & mirabilis authore Pluto condita est? Carion uerò seruili quadam licentia, domino imprecatur, ut turris tanta suo casu eum opprimat. Quæ tam ominosa uerba Chremylus pro nihilo ducit, non solùm quòd ipsi non liceat coronatum, & ab oraculo unà secum redeuntem seruum ferire, sed quòd ea uerba, sic præter opinionẽ audientium enuntiata, gratia non uacent, sintq́; eiusmodi quæ Plutum nõnihil faciliorem reddant. Omisso igitur sermone quem de turre Timothei dicere instituerat, ne in singulis referendis quæ à Pluto fiunt immoretur, omnia generaliter ab illo uno fieri contendit. μονώτατος. *Contra naturam rei finxit hoc superlatiuũ, quo Pluti unius ope, arbitrio, & uoluntate, atque sine commercio numinis ullius cuiusuis ac quanticunque, omnia fieri apertius monstret.* εὖ ἴσθ' ὅτι. *Hoc bene scias, de eo quod dico, nullo prorsus modo hæsites, sed ipsum tibi sit persuasißimum.* ἴσημι *imperatiuum facit* ἴσαθι ἰσάτω, *quæ per syncopen efferuntur.* ἴσθι, ἴσω. *Quod ad* ὅτι *pertinet, sunt qui abundare credãt, quomodo & in* ὅτι τί δή, *de quo anteà diximus.* κρατοῦσι, *uel milites uel gentes.* κἂν, ἐν ᾧ, *etiam in bellis. quod Demosthenicum de bello dictum palam confirmat:* δεῖ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἔστι γενέσθαι τῶν δεόντων. *id est, pecunijs opus est, neque enim sine illis quidquam facere licet eorũ quæ fieri oportet.* ἐπικαθέζηται. μεταφορικῶς *ab æquilibrio, in quo id dicitur* ἐπικαθέζεσθαι *quod propendet, & grauius est.*

μονώτατος. εὖ ἴσθ' ὅτι. ἴσθι. ὅτι. ὅτι τί δή.

ΠΛ. ἐγὼ τοσαῦτα δυνατός εἰμ' εἷς ὢν ποιεῖν;
ΧΡ. καὶ ναὶ μὰ Δία τούτων γε πολλῷ πλείονα.
ὥστ' οὐδὲ μεστός σου γέγον' οὐδεὶς πώποτε·
τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἐστὶ πάντων πλησμονή·
ἔρωτος. ΚΑΡ. ἄρτων. ΧΡ. μουσικῆς. ΚΑΡ. τραγημάτων.
ΧΡ. τιμῆς. ΚΑΡ. πλακούντων. ΧΡ. ἀνδραγαθίας. ΚΑΡ.
ἰσχάδων. ΧΡ. φιλοτιμίας. ΚΑΡ. μάζης. ΧΡ. στρατηγίας.
ΚΑΡ. φακῆς. ΧΡ. σοῦ δ' ἐγένετ' οὐδεὶς μεστὸς οὐδεπώποτε·
ἀλλ' ἢν τάλαντά τις λάβῃ τριακαίδεκα,
πολὺ μᾶλλον ἐπιθυμεῖ λαβεῖν ἑκκαίδεκα·
κἂν ταῦτ' ἀνύσῃ, τετταράκοντα βούλεται,
ἤ φησιν, οὐκ εἶναι βιωτὸν αὐτῷ τὸν βίον.

PL. Egóne vnus tãta præstare possum? CH. Potes per Ioué, & iis etiã quæ diximus multo plura. Adeò sanè vt satietas tui nullũ ceperit vnquam, cùm tamẽ quarumcunq; aliarũ rerum satietas sit, & fastidiũ, puta amoris. CA. Panũ. CH. Musices. CA. Bellariorũ. CH. Honoris. CA. Placẽtarũ. CH. Fortitudinis. CA. Ficuũ. CH. Ambitionis. CA. Mazæ. CH. Imperii militaris. CA. Lẽtis. CH. Tędio aũt tui nunquã omnino quisquã affectus est: Quin si quis talẽta sibi tredecim pararit, sedecĩ parare multo cupidiꝰ cõtendet. Quòd si et hũc numerũ æquarit, quadragenariũ implere toto pectore incũbit. Id ꝙ si minus perfecerit, iã queritur vitã sibi nõ satis esse vitalẽ.

ὤν. μά. ναί. *δυνατός εἰμι. Periphrasis uerbi δύναμαι. εἷς ὤν. uacat ὤν, eo enim expuncto, nihilo secius constat oratio. καὶ ναί. iunge καὶ cum πλείονα, & μὰ, particulam per se negatiuam, hìc affirmatiue capε: uim enim eius perdit ναι praecedens affirmatiua, nihilq; aliud est ναὶ μὰ δία quàm simplex ναί. Res ergo ita habet, ναὶ μὰ δία. s. δυνατὸς εἶ περὶ καὶ πολλῷ πλείονα τούτων. ὥστε, itaq;: ut intelligas uerum esse quod de te dicimus, ecce & aliud quo tuam uirtutem uolumus confirmatam.* γέγονε. *γέγον᾽ pro γέγονε fuit, medium præteritũ perfectũ à γίγνομαι. Iam οὐδεὶς post οὐδὲ pro simplici εἷς accipitur* Negatio. *οὐδεὶς μεστός, nisi quod maior est dicti affirmatio, quàm auget etiam* πω. *πω ante ποτὲ, nulla omnino uel tantilla etiam satietas. ἔρωτος, conuenit cum hoc, quod Poëta cecinit: πάντων μὲν κόρος ἐστὶ καὶ ὕπνου καὶ φιλότητος. id est, Omnium satietas est, & soporis & amoris. Cum utroque autem parum conuenire uidetur senarius quem citat & probat Aristoteles: οὐδεὶς ἐραστὴς, ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ. id est, Qui non* Amor. *perdurat amando, amicus non est. Certè amor cuius causa fuit uirtus, nunquam desinit, sicut nec uirtus. Aliunde qui coalescit, nempe uel ex emolumento, uel ex uoluptate, facilè cum pereuntibus causis perit & ipse. ἄρτων. Caput artis ast, aiunt, decere quod quis uel dicat, uel faciat: propterea hìc poëta cõfingit ingeniosè alia dici à domino, alia à seruo. Quæ dominus refert, σπουδαῖα sunt, id est, seria & honesta quæq; à uirtute aliena non sunt. Seruus contrà, eorum tantùm meminit, quæ sint gulæ & uentri amica. Quapropter herus sic sua dicere pergit, ut rationem eorum non habeat, quæ seruus scurriliter, et gesticulatione quadam postica interijcit.* Musica. *μουσικῆς. Nemo existimet Musicam hìc accipiendã pro ea parte artium liberaliũ quæ concentũ, &*

uocum

uocũ harmoniam docet. Est enim musica à Musis deducta. Musæ aũt Musæ. *Deæ sunt bonarũ artiũ præsides. Musica itaq; generali significato literas humaniores et liberales disciplinas cõprehẽdit. Propterea apud Comicos qui negant se literas didicisse, aiũt se nõ didicisse Musicam. Quare ἄμουσοι uocabantur, et ineruditæ fabulæ, ἀμουσολογίαι. è diuerso quos dicebant politiorũ literarũ peritißimos, appellabãt μουσικωτάτους. τραγήματα sunt, inquit interpres Græcus, τὰ μετὰ τὴν εὐωχίαν τῇ τραπέζῃ τιθέμενα i. quæ post conuiuiũ mẽsæ apponũtur. Antiquitus enim conuiuis, sua unicuiq; portio apponebatur, prius quàm cœnaculũ ingrederẽtur. Postea quæ proponebantur, ut amygdala, poma, & id genus aliæ lautitiæ, uocabãtur τραγήματα, ἐπιδορπίσματα, μεταδορπίσματα, ἐπιφορήματα, et ἐπέκλαια. Latini secũdas mẽsas appellãt, et bellaria quòd sint πέμματα suauiora et dulciora. ἀνδραγαθία, studiũ et uoluntas rerũ honestarũ uiriliter, strenueq; peragendarum, ut φιλοτιμία egregij sunt conatus, & feruẽs cupiditas honorũ, atq; dignitatũ capeßendarũ, uehemens contẽtio alicuius honorificè superãdi. μάζης. Carion uidetur inter edulia delicatiora μάζαν reponere. Id quod si est, de ea mazæ specie intelligendũ, quæ ex farina, sale, lacte, uel oleo conficiebatur quãdoque etiã ex uino subigebatur. Fuit hæc species non solũ humanis usibus dicata sed et Dijs ipsis sacra. Sed quid si de suo more. i. ridiculè et facetè, μάζαν et φακῆν inter lautitias collocet? ut dicat mazæ et lentis satietatẽ esse, perinde ac si diceret, homines esu raparum & fabarum quandoque satiari. Nã maza fuit quæ ex farina, sale & aqua tantùm fiebat. Propterea qui hoc cibo uictitabant, dicebantur ἀλφιτοσιτοῦντες, quasi farina sola uesci, quomodo qui pane uescerẽtur, ἀρτοσιτοῦντες. Panẽ aũt à maza seiũgi ipsemet indicauit, ut quẽ primo loco posuerit. pane uerò mazã fuisse deteriorẽ, Græcorũ prouerbiolo probatur: ἀγαθὴ καὶ μάζα μετ' ἄρτον. i. post panẽ maza etiã bona est. Memoriæ enim datũ est in apparatu conuiuiorũ mazam primũ apponi consueuisse, postea panẽ. Pane aũt cõsumpto amplius esuriẽti ad mazam erat recurrendũ. Porrò mazam nõ usquequaq; à pane alienã fuisse, uel hinc credas, quòd nõnulli eam interpretẽtur στρυφνὸν ἄρτον, rigidũ et austerum panem. Athenæus certè inamœnum cibum fuiße testatur his uerbis: πεινῶντι ἀνδρὶ μάζα τιμιωτέρα χρυσοῦ τε, κἀλέφαντος. i. Maza esurienti homini charior est auro & ebore. Quod ad Lentem* Lens. *attinet, quam mazæ subiungit, hoc scitur, legumen esse uilißimum, aciei oculorum graue, stomacho, intestinis, neruis, pulmoni & capiti ualde noxium, ut legumine tam insuaui et incommodo, minimè mirum*

ἄμουσος. ἀμουσολογίαι. μουσικός. τραγήματα. ἐπιδορπίσματα. μεταδορπίσματα. ἐπιφορήματα. ἐπέκλαια. Mensæ secundæ. Bellaria. ἀνδραγαθία. φιλοτιμία μάζα. ἀλφιτοσιτεῖν. ἀρτοσιτεῖν.

sit aliquem posse satiari. οὐδεὶς μεστός. Quoniam crescit amor nũmi quantùm ipsa pecunia crescit. Cumq; rerum ferè omnium cupiditates in senectute remittantur, & languescant, locupletibus tamen cũ aetate congerendarum opum magis ac magis crescit amor. τάλαντα. Ferunt duo fuisse talentorum genera, minus quod libras ualebat sexaginta, & maius, quod octoginta. Quanquam hoc nomen per se positum. i. sine distinctione maioris & minoris, maximam pecuniae summã notat, ut cum Tantali, & Pelopis talenta dicimus, opes immensas significantes. κἂν pro καὶ ἂν. ταῦτ' ea sedecim talenta accumulauerit. ἢ alioqui, si non poterit eam summam perficere. οὐ βιωτὸν, ἀβίωτον, non putat plenè se uiuere, sed languidè uictitare, ut uita illi uideatur & acerba, planéq; indigna nomine uitae.

Talentum.
κἄν.
ἤ.
βιωτός.

ΠΛ. Εὖ τοι λέγειν ἔμοιγε φαίνεσθον πάνυ·
πλὴν ἓν μόνον δέδοικα. ΧΡ. φράζε τοῦ πέρι.
ΠΛ. ὅπως ἐγὼ τὴν δύναμιν, ἣν ὑμεῖς φατὲ
ἔχειν με, ταύτης δεσπότης γενήσομαι.
ΧΡ. Νὴ τὸν Δί'. ἀλλὰ καὶ λέγουσι πάντες ὡς
δειλότατόν ἐσθ' ὁ Πλοῦτος. ΠΛ. ἥκιστ'· ἀλλά με
τοιχωρύχος τις διέβαλ', εἰσδὺς γάρ ποτε
οὐκ εἶχεν, εἰς τὴν οἰκίαν, οὐδὲν λαβεῖν,
εὑρὼν ἁπαξάπαντα κατακεκλεισμένα·
εἶτ' ὠνόμασέ μου τὴν πρόνοιαν, δειλίαν.
ΧΡ. Μή νυν μελέτω σοι μηδὲν, ὡς, ἐὰν γένῃ
ἀνὴρ πρόθυμος αὐτὸς εἰς τὰ πράγματα,
βλέποντ' ἀποδείξω σ' ὀξύτερον τοῦ Λυγκέως.
ΠΛ. Πῶς οὖν δυνήσει τοῦτο δρᾶσαι θνητὸς ὤν;
ΧΡ. Ἔχω τιν' ἀγαθὴν ἐλπίδ', ἐξ ὧν εἶπέ μοι
ὁ Φοῖβος αὐτὸς, Πυθικὴν σείσας δάφνην.
ΠΛ. Κἀκεῖνος οὖν ξύνοιδε ταῦτα; ΧΡ. φήμ' ἐγώ.
ΠΛ. Ὁρᾶτε. ΧΡ. μὴ φρόντιζε μηδὲν ὦγαθέ·
ἐγὼ γὰρ, εὖ τοῦτ' ἴσθι, κἂν δέῃ μ' ἀποθανεῖν,

Αὐτὸς

Αὐτὸς διαπλέξω ταῦτα. ΚΑ. κἂμ βούλῃ γ᾽ ἐγώ.

PLV. Videmini profectò mihi non ingrata loqui. Verumtamen res vnica restat, quæ me adhuc solicitat. CHR. Agè ea quæ sit exprome. PL. Vereor ergo, tantæ potentiæ, quantam vos mihi esse dicitis, ne non cõpos fiam. CHR. Mehercule fies. Sed non ab re fortasse omnium est in ore, Plutum quiddam esse timidissimum. PL. Minimè sanè: verùm talem esse me calumniatus est quispiam parietum effractor, qui in locupletis nescio cuius ędes ingressus, et omnia illic admodum probè conclusa nactus, vt nihil inde quidquam secum asportare quiuerit, prouidentiam falsò interpretatus est formidinem. CHR. Ne iam ergo, quidquam sit tibi curæ. Nã si te prompto, paratoq; animo esse cognouero, ad ea quæ facturum te dixisti, faxo vt Lynceo etiã acutius cernas. PL. Hoc quî facias mortalis ipse cũ sis? CHR. Bonam spem ex eo concepi, quod mihi de oraculo Phœbus ipse respondit. PL. Est igitur & ille horum conscius? CHR. Est haud dubiè. PL. Vos videritis. CHR. Rogo te, ô præclare, nihil moucaris. Nam ego, vt ne quid hæreas, quod sum pollicitus præstabo, vel capitis periculo. CAR. Idipsum ego quoq;, si quidem est vt velis.

εὖ cum πάνυ iunge, admodum bene, & ex animi mei sententia: τοι expletiuum est. τὸ πέρι. Præpositio locum mutat: postponitur enim suo casui, idcirco accẽtus etiam locus mutatus est. Alloqui dictũ esset, περὶ τοῦ, ubi τὸ pro τίνος capitur. τὴν δύναμιν. Mutata est constructio. Accusatiuus enim pro genitiuo ponitur. Ordo cõmunis syntaxeos hic esset, δέδοικα ὅπως γενήσομαι δεσπότης ταύτης τῆς δυνάμεως, ἣν ὑμεῖς &c. Hoc fecit uicinia relatiui & antecedentis, quæ non raro contra regulas communes, casus nanciscuntur eosdẽ. Quid est quod ait, uereri se ne non eam assequatur potentiam, quàm ipsi inesse dicunt? Nouit ex eorum rationibus quantùm posit, sed uim suam, maxima ex parte, nullã fore credit, si cæcus esse pergit: Chremylo autem uisum pollicenti non satis fidit. Et quoniam suspectũ Iouem habet, non audet apertè dicere, uereor ne non per uos mihi uisus restituatur.

πέρι.

Accusatiuus.

Cõstructio

restituatur. Plutum autem hoc sentire, & Chremylum idem intelligere, quæ sequuntur manifestè probant. Transeunter hoc dicendũ ὅπως hîc significare ὅπως μὴ, ut ne. Quod Latini planè imitantur, dum dicunt, uerba hæc, uereor, metuo, timeo & similia, idem efficere, uel cũ negatione, uel sine negatione, ut uereor ne ueniat: et, uereor ut ueniat.

ὅπως.

νὴ τὸν Δία. Verba hæc cũ iureiurãdo affirmationẽ habẽt, hoc sensu: Eris per Iouẽ potẽtiæ tuæ compos, cui meliùs exercendæ uisus tibi nõ defuerit. Post illa transit ad aliud. ἀλλὰ καί. Sed omnes hoc de te etiã dicunt quòd sis pauidißimus. ut nemo est quin tibi eas uirtutes tribuat, ita et ab omnibus hoc tibi uitio datur. Aliter alij accipiũt, ut nimirũ hîc sit prima orationis pars imperfecta, quæ sequentia respiciat, unde sensum perficit, hoc modo: νὴ τὸν Δία. s. σὺ μόνος λέγεις σαυτὸν δειλὸν, id est per Iouem tu non es solus, qui te formidolosum ais, ἀλλὰ καὶ λέγουσι πάντες ὡς δειλότατόν ἐστιν ὁ πλοῦτος. i. sed per omnium etiam ora circumfertur, Plutum rem esse meticulosißimam. Plutum autem tum se timidum indicasse, cum dixit δέδοικα. Porrò quod ait πάντες λέγουσι, tritum notat prouerbium, δειλὸς ὁ πλοῦτος, timidus Plutus, quo per metonymiam Plutus diuites significat, qui perpetuò metuunt frumentis in agro, mercibus in mari. Rursum qui sibi semper timent à furibus, calumniatoribus, hostibus, quibus omnia circumspectius sunt & dicenda & facienda, cùm pauperes interim harum omnium rerum securi in utramque dormiant aurem. Aristophanes sine metonymia Plutum hîc capit. Verum est quod uulgò dici solet, Plutus est timidißimus, uel res timidißima: nam δειλότατον genere neutro eo modo dixit, quo Vergilius, Triste lupus stabulis. ἥκιστα, minimè sum timidus. διέβαλλε, hoc nomine, id est, timoris me insimulauit. εἰς τὴν οἰκίαν, subiunge participio εἰσδύς. ἅπαξάπαντα, omnia loca in quibus abditæ erant pecuniæ, thesaurũ. Non enim satis est domũ subijsse, nisi in capsas & scrinia penetres, κειμηλιάρχιόν que expiles. εἶτα, deinde, postea quàm sensit se non posse in res pretiosiores manus rapaces inijcere. νῦν, nunc quoniam timidus non es. πρόνοιαν, prospicientiam quæ mihi à natura inest: caueo enim quàm possum diligentißimè ne in perditorum hominum manus deueniam. γένῃ, indefinitum ß coniunctiui, à γίγνομαι. εἰς τὰ πράγματα, in facta: si facere uis ex animo quod facturum te illic prædixisti. Rogatus à me antea φέρε, τί οὖν εἰ πάλιν ἀναβλέψειας, ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ, φεύγοις ἂν ἤδη τοὺς πονηρούς; Respondisti, φημ' ἐγώ. Amplius roganti mihi, ὡς τοὺς δικαίους δ' ἂν βαδίζοις; Dixisti asseuerantißimè,

πάνυ μ' οὖν. Si illa ergo facere stat sententia, de tollẽda cæcitate tua nihil dubites. λυγκέως, Lynceus uir fuit quem auri, argenti, æris aliorumq; metallorum fodinas in uisceribus terræ abstrusas, exquisiuisse ferunt. Vnde poëticum illud, & fabulosum figmentum, Lynceum adeò perspicaci oculorum acie fuisse, ut uisu terram penetraret, quæq; apud inferos essent peruideret. οὖν. transitio est: fieri posse credit, quî fiat autem non intelligit. δυνήσει. Atticum futurum pro δυνήσῃ. θνητὸς ὤν. Excæcato oculos restituere planè diuinũ est, uiresq; omnes excedit humanas. Quare intempestiua non est percontatio. ὅς γ' ὤν. Attica constructio, pro ὅς ἐκείνων ἃ εἶπέ μοι. αὐτὸς, emphasim habet. Quis enim Apollini ipsi non credat? πυθικὴν σείσας δάφνην, dum Pythicam excuteret laurum, id est, dum oraculũ redderet. Latona à Ioue compressa Apollinem peperit & Dianam. Quod ubi Iuno Iouis uxor resciuit, Latonam persequitur, ut matrem cum liberis peßimè perdat. Latona Iunonis iram fugiens, partum ab Chalcide Delphos transferre studet. Fortè dum in uia iuxta antrum prætereunt, ingens draco, qui illic delitescebat, exiluit uim illaturus, nisi Apollo arcu statim correpto, immißoq; telo serpentem confecisset. Serpenti nomen erat Pytho, unde Apollo Pythius dictus, et eius sacerdos Pythia, & adiectiuum hinc Pythicus. Pythicam igitur Laurum accipe Lauream Pythiæ coronam, quam Pythius Apollo responsa daturus concutiebat, spiritu ex antro, & quod antea dixit, τρίποδος ἐκ χρυσηλάτου, erumpente. κἀκεῖνος καὶ ἐκεῖνος, ille etiam Phœbus tecum hoc scit, quòd iterum sim per te uisurus. Optaret Plutus, Iouem reformidans, sibi, Chremylo, & Carioni tantùm hoc cognitũ. ὁρᾶτε Trepidè hoc, uidete: dicturus erat nescio quid amplius, puta, ne frustra hoc susceperitis, & hinc Iouẽ mihi infestiorem reddideritis. Sed orationem eius Chremylus interrumpit. ὦ 'γαθέ. Synæresis Attica, pro ὦ ἀγαθὲ, blandimentum est in hac uoce. κἂν βούλῃ γ' ἐγώ. Sic dispone, καὶ ἐγώ. s. διαπράξω ταῦτα, ἂν βούλῃ γε. repete πρόθυμος εἶναι εἰς τὰ πράγματα. Ego etiam hoc spondeo uitæ meæ periculo. Ridicula cautio, quasi plus fidei sit in seruo quàm in domino.

Lynceus. αὐτός. Latona. Apollo. Diana. Iuno. Pytho. Pythius. Pythia. Pythicus. ὦ 'γαθέ.

ΧΡ. Πολλοὶ δ' ἔσονται χ' ἅτεροι νῷν ξύμμαχοι,
ὅσοις δικαίοις οὖσιν, οὐκ ἦν ἄλφιτα.

ΠΛ. Παπαῖ, πονηρούς γ' εἶπας ἡμῖν ξυμμάχους.

ΧΡ. Οὐκ, ἤν γε πλουτήσωσιν ἐξ ἀρχῆς πάλιν.

ἀλλ' ἴθι σὺ μὲν ταχέως δραμών. ΚΑΡ. τί δρῶ, λέγε.
ΧΡ. τοὺς ξυγγεώργους κάλεσον (εὑρήσεις δ' ἴσως
ἐν τοῖς ἀγροῖς αὐτοὺς ταλαιπωρουμένους)
ὅπως ἂν ἴσον ἕκαστος ἐνταυθοῖ παρὼν,
ἡμῖν μετάσχῃ τοῦδε τοῦ πλούτου μέρος.
ΚΑΡ. καὶ δὴ βαδίζω· τουτὶ δὲ τὸ κρεάδιον,
τῶν ἔνδοθέν τις εἰσενεγκάτω λαβών.
ΧΡ. ἐμοὶ μελήσει τοῦτό γ'· ἀλλ' ἀνύσας τρέχε.
σὺ δ' ὦ κράτιστε Πλοῦτε πάντων δαιμόνων
εἴσω μετ' ἐμοῦ δεῦρ' εἴσιθ'· ἡ γὰρ οἰκία
αὕτη 'στὶν, ἣν δεῖ χρημάτων σε τήμερον
μεστὴν ποιῆσαι, καὶ δικαίως κἀδίκως.

CHR. In hanc rem aderunt non pauci, qui nobis opem ferant. Quibus nimirum non fuit vnde vitã tolerarent, ex quo probè viuere instituerunt. PL. Hei, imbellia narras auxilia. CH. Aliud videas, si de integro ditescere illis dabitur. Eia agè, tu quidem festinãter percurre. CAR. Dic quid facto mihi sit opus. CHR. Vicinos agricolas accersito. (Mirũ ni eos in agris toto pectore intentos operi deprehendas) vt posteà quàm huc accesserint, eorum vnusquisque nobiscum ex ęquo partem bonorum huiusce Pluti sibi auferat. CAR. Ecce vado: quas autem carnes gesto, vnus aliquis eorum qui domi sunt, ex me captas, intrò ferat. CHR. Fuerit hoc mihi curæ: agè verò, festinus curre. Tu intereà Plute Deorum omnium multò potentissime, huc intrò mecum ingredere: hæc enim domus est, quam te oportet hodie quo iure, quaq; iniuria diuitiis implere.

χ' ἄτεροι. *χ' ἄτεροι pro καὶ ἕτεροι. κ tenuis mutatur in χ aspiratam consonantem, propterea quòd sequitur ε aspiratum.*

ἕτερος. ἄλλος. *Differentia quæ datur inter ἕτερος & ἄλλος, ut illud de duobus, hoc de pluribus intelligatur, aliquando, ut hic, confunditur. ὅσοις pro οἷς quibus,*

quòd

quod boni sint & iusti. οὐκ ἦν, non sunt, farinæ. uolūt enim ἦν pro ὅσι accipi. ἄλφιτα significat τὸ ἑπόμενον ἀπὸ τοῦ προηγουμένου. id est, quod sequitur ab eo quod præcedit, ut per farinam panis significetur. uel generaliter ad quemcunque uictum porrigitur: quibus nō est quod esitent. Receptum etiam est, nec multum à superiore differt, ut pars pro toto hac dictione significetur, sintq; ἄλφιτα idem quod πλουσία ἢ χρήματα, res familiaris, facultates & bona. Tale est est quod Græci dicunt, οὐδὲν πρὸς τὰ ἄλφιτα, nihil ad farinas, id est, ad opes parandas. παπαί. Aduerbium hoc capite agitato proferendum, quo modo rem nobis non satis probari innuimus. πονήρους. Notant Grammatici uerbum πονηρὸς, si de homine misero & afflicto dicatur, primam acuere πόνηρος. Propterea putant hic legendum πονήρους γ' εἶπας. Si autem de improbo & malo, πονηρός. Inuenies tamen quandoq; πονηρὸς pro ἀσθενὴς, ut tam latè pateat πονηρὸς quàm κακὸς, & quàm malus apud Latinos. De κακὸς dictum est suprà. Deinde certum est Atticos communem accentuum formam fastidire, cum pro λαβὲ dicunt λάβε, & anteà in uerbo ἄληθες obscurū non fuit. οὐκ. s. ἔσονται πόνηροι. πάλιν ἐξ ἀρχῆς, rursus à principio, id est, ut prius. ob probitatem pauperiores factos notat. ἀλλά. excitandi uim habet ἀλλά. ἴθι, imperatiuum ab εἶμι τὸ πορεύομαι. Mirum autem cur cum dixerit ἴθι ταχέως, adiecerit δραμὼν, ut Carionē admoneret diligentiæ maioris. I citò currēs, id est, quàm ocyssimè, cursu pernicissimo. Est δραμὼν participium ab anormi uerbo τρέχω. In alijs exemplaribus legas μολὼν, significatu non dissimili. δρῶ, facio. præsenti utitur pro futuro δράσω, hac re commonstrās ad imperata facienda animum ipsi esse promptum & uehementem. ξυγγεώργους, mei ordinis homines, qui mihi in colēdis agris socij & æquales fuerunt. ἴσως. Etiam si uix usquam alibi quàm in agris reperiuntur, tamen ideo ἴσως addit quod illinc quandoque, uel inuiti, auocentur, ut cùm sæuit aëris intemperies, premit aduersa ualetudo, uel præsentiam requirunt domestica negotia. ἴσον pertinet ad μέρος, æquam portionem. ἡμῖν nobis, pronomen est primitiuū pro deriuatiuo τῷ ἡμετέρῳ μέρει, partem similem, & æqualem nostræ. Sic Homerus: οὐ μέν σοί ποτε ἴσον ἔχω γέρας. Nunquam donum habeo simile tibi, id est, tuo, τῷ σῷ. μετάσχῃ. Indefinitum & subiunctiui, à μετέχω. Πλούτου, huius Pluti, id est, diuitiarum quas largiturus est nobis hic Plutus. κρεάδιον diminutiuum est à κρέας, sonat carunculam, paruam carnis portionem. Moris erat, ut peracto sacrificio, qui ex eo redibant, portiūculam aliquam uictimæ referrent ad do-

ὅσι. ἦν. ἄλφιτα. παπαί. πονηρός. πόνηρος. Malus. Accentus. ἀλλά. ἴθι. δραμών. Tempus. Primitiuum pro deriuatiuo. κρεάδιον.

ad domesticos. τῶν *eorum qui sunt* ἔνδοθεν, *intus, nam adhuc foris erant.* εἰσένεγκάτω, *imperatiuum ab* εἰσφέρω *anormi.* ἀνύσας τρέχε, *perficiens curre, pro* τρέχων ἄνυσον, *currēs perfice, cursu expedi quod iuberis. uel* ἀνύσας *participium pro nomine* ἀνύσιμος *expeditus ponatur, ut illi, post ademptas carnes, Chremylus dicat, Agē expeditus curre.* σὺ δέ. *uide quò spectet* σὺ δέ. *Chremylus antea dixit Carioni,* ἀλλ' ἴθι σὺ μὲν ταχέως δραμών. *Nunc postea quàm satisfecit Carioni, ad Plutum conuersus ait,* σὺ δὲ πλοῦτε, *&c.* κράτιστε πάντων δαιμόνων. *Deorū omniū potentissimū uocat, ut Ioue etiā ipso superiorē faciat, cuius nomē prudenter subticet: si enim illius meminisset, Plutus metu correptus exhorruisset, uixq́; impetratū esset, ut Chremyli ædes ingrederetur.* ἅυτη 'στὶν. *Atticorū elisio pro* ἅυτη ἐστὶν. *Quorū est et* τήμερον *pro* σήμερον. *&* δικαίως κἀδίκως. *Quid? conueniūt ne hæc Chremylo? qui suā probitatē Pluto probaturus, antea dicebat,* οὐ γὰρ εὑρήσεις ἐμοῦ ζητῶν ἔτ' ἄνδρα τοὺς τρόπους βελτίονα. *simpliciter hæc dicta sunt, neq; tam ex animo, quàm ex uulgato dicēdi modo. Significāt ergo uerba hæc &* δικαίως κἀδίκως, παντὶ τρόπῳ, *quacunq; ratione, quomodocumq; eam implere uisum fuerit.*

Partiū mutatio.

τήμερον.

& δικαίως κἀδίκως.

ΠΛ. Ἀλλ' ἄχθομαι μὲν εἰσιὼν, νὴ τοὺς θεοὺς,
ἐς οἰκίαν ἑκάστοτ' ἀλλοτρίαν πάνυ·
ἀγαθὸν γὰρ ἀπέλαυσ' οὐδὲν αὐτοῦ πώποτε.
ἢν μὲν γὰρ εἰς φειδωλὸν εἰσελθὼν τύχω,
εὐθὺς κατώρυξέ με κατὰ τῆς γῆς κάτω·
κἄν τις προσέλθῃ χρηστὸς ἄνθρωπος φίλος,
αἰτῶν λαβεῖν τι μικρὸν ἀργυρίδιον,
ἔξαρνός ἐστι μηδ' ἰδεῖν με πώποτε.
ἢν δ' εἰς παραπλῆγ' ἄνθρωπον εἰσελθὼν τύχω,
πόρναισι, καὶ κύβοισι παραβεβλημένος
γυμνὸς θύραζ' ἐξέπεσον ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ. &

PL. At enim Deos testor, semper mihi perquā molestū fuit, domū subire alienā: nā illic nihil quidquā boni reperi vnquā. Si ad sordidū ingredi cōtigerit, protinus abdit me in terra penitus effossa. Post ad eū si accesserit probus aliquis vir, et amicus, pauxillū pecuniæ supplex petitu-

petiturus, tũ pernegat se ne vidisse quidem me vnquã: è diuerso si ad prodigũ hominẽ diuertero, scortis & aleis obiect⁹, tẽporis momento illinc foras nudus eiicior.

ἑκάστοτε, perpetuò, ut nunquã omnino mihi hæc res bene cesserit, nec solum mihi semper, sed et πάνυ. i. grauiter doluit. ἀπέλαυσα, uoluptatẽ cepi, commodũ sensi. thema est ἀπολαύω. αὐτοῦ illic, aduerbiũ est τοπικόν. φειδωλὸν cõposita uox est à φείδομαι parco, fugio, recuso, et δοῦναι dare, quasi φειδωδὸς mutato, δ, in λ, parcus in donãdo, tenax, et auarus. εἰσελθὼν ab εἰσέρχομαι participiũ. τύχω, indefinitũ & subiunctiui à τυγχάνω. εὐθύς. modis omnibus exprimit animũ cupidũ, statim, uix exceptũ humo defodit. κατὰ cũ uerbo ponit, mox cũ nomine repetit, nec hoc contẽtus, κάτω subiũgit, hoc modo animũ altè fodiẽdi indefessũ notans. Deniq; præterito tẽpore κατώρυξε utitur, quo diligẽtia recondẽdi mõstratur, quasi dictũ uelit, se simul accipi, et abstrudi. Græci huiusmodi opes uocãt, πλοῦτον ἄπλουτον quasi opes inopes, quòd earũ nullus sit usus, ut meritò cũ pictura cõferantur reposita. χρυσὸς, φίλος, ἢ μικρὸν, et ἀργυρίδιον, summã tenacitatẽ apertissimè docẽt. Quibus enim potius dandũ, quã bonis, et amicis? quòd si nõ ita multũ, saltẽ modicũ, et quantũ licet. ἔξαρνος. Si uerbale nomẽ fingere lubet, est negator, nisi quòd ἐξ additũ auget negãtis affectũ. Ipso uerbo uno dicas ἐξαρνεῖται, fortiter. i. et mẽdacio, et iureiurãdo suas sordes, atq; auaritiã tegẽs, inficiatur. ἰδεῖν, tantum abest ut dicat se κατωρύξαι. παραπλῆγα. παραπλήττω significat perperã et inscitè percutio. Competit hoc uerbũ propriè in eos, qui fides nulla nec arte, nec iudicio ullo pulsant, propterea q; discordes edũt sonos et obstreperos. Dicitur μεταφορικῶς de ijs qui discinctè et profusè. i. nõ personarũ, non tẽporis, nõ loci adhibita ratione rem suam dilapidãt et abliguriũt. Horũ certè mentẽ παραπεπληγμένην εἶναι, nemo sanus negarit: nã in Lyra quod fides et chordæ sunt, hoc sunt in animo, iudiciũ et ratio. πόρναισι καὶ κύβοισι, πόρναις καὶ κύβοις. Scorta corpus primũ exuccũ et debile, deinde loculos inanes reddunt. Alea rem quandoque uniuersam iactui uni, & fortunæ solius temerariæ committit arbitrio. παραβεβλημένος temerè et inconsideratè expositus. παραβεβλημένος est à παραβάλλομαι.

γυμνός. Plutus sibi assumit, quod prodigis, libidinosis, & aleatoribus contingit. ἐξέπεσον, præterito utitur loco præsentis, ut quàm citò foras emittatur, ostendat. Ab auaro uix exceptus reconditur, à prodigo uix exceptus eijcitur. Mediũ hac in re laudabile.

αὐτοῦ. φειδωλός. ἄπλουτος πλοῦτος. ἔξαρνος. παραπλήττω.

ἀκαρής. laudabile. ὦν ἀκαρῆ. ἀκαρὲς breue dicitur, uoluntq; propriè id nominis dici de capillis διὰ βραχύτητα μὴ δυναμένοις καρῆναι, qui breues usqueadeo sint, ut tonderi nequeant. Ergo ἄτμητον, id est, indiuisibile & minimum tempus, ἀκαρὲς uocat. ἐλάχιστον.

ΧΡ. μετρίου γὰρ ἀνδρὸς οὐκ ἐπέτυχες πώποτε.
ἐγὼ δὲ τούτου τοῦ τρόπου πώς εἰμ' ἀεί.
χαίρω τε γὰρ φειδόμενος, ὡς οὐδεὶς ἀνήρ·
πάλιν τ' ἀναλῶν, ἡνίκ' ἂν τούτου δέῃ.
ἀλλ' εἰσίωμεν· ὡς ἰδεῖν σε βούλομαι
καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τὸν υἱὸν τὸν μόνον,
ὃν ἐγὼ φιλῶ μάλιστα μετὰ σέ. ΠΛ. πείθομαι.
ΧΡ. τί γὰρ ἄν τις οὐχὶ πρὸς σὲ τἀληθῆ λέγοι;

CHR. In virum modestum, quantum quidem cõiicio, nũquam hactenus incidisti. Ad me quod attinet, mirè hoc ingenio sum preditus. Lubens, vt si quis alius, parco. Rursus, si modò res postulabit, sumptus facio. Sed introeamus, quandoquidem videri te percupio, & ab vxore, & à filio, qui mihi vnicus est, quemq; ego, secundum te tamẽ, maximè amo. PL. Facilè credo. CH. Quamobrem id quod res est, quis tibi non dicat?

μετρίου. Liberalem antehac non adijsti, qui in re familiari administranda modum teneat. Auarus nimis parcit, prodigus non satis: qui inter utrunque medius est μέτριος est. ἐπέτυχες, indefinitum β ab ἐπιτυγχάνω. τούτου τοῦ τρόπου, his sum moribus, non pro modico tempore autem, sed ἀεί. quoniam oportet uirtutem esse constantem: nec liberalis est, qui semel & iterum se præstitit liberalem. πῶς, aduerbium θαυμαστικὸν, nescio quo modo, sibi ipsi placet, seipsum, suosq; mores usque adeò συμμετρίους, demiratur. τούτου δέῃ. dictum est hoc ἀπὸ κοινοῦ, nam ad utrumque, quo de agitur pertinet. Quando id facto opus est, uel parcere scilicet, uel expendere. ἰδεῖν σέ, uolo te uideant, ut de tuo ad nos aduentu gratulabundi, benignè te excipiant. τὸν υἱὸν τὸν μόνον. Geminatur articulus Atticè, alioqui alter suffecisset. μετὰ σέ. Indigna pio patre uerba, si non secus sentit

[Margin: μέτριος. — πῶς. — ἀπὸ κοινοῦ. — Articulus.]

ſentit atque dicat, ut cum Pluto gratiam ineat maiorem, faciliusq; in ſuas ædes pelliciat. Quod intelligens Plutus, ironicè ait πείθομαι, *credo ſcilicet. Si ſeriò enim hæc dicerentur à Chremylo, ab eo ſtatim, ut ab iniquißimo, Plutus abiret infenſus.* πρὸς σέ. *tibi Deo tam beneuolo, & de me, meisq; omnibus bene mereri paratißimo. Et hæc uerba aſſentationem Chremyli produnt. Diſſertationis quæ hactenus fuit inter Plutum, Chremylum & Carionem hæc ſumma periodus. Plutus ergo Chremyli domum, præeunte Chremylo, ingreditur. Carion ruſticos adit, qui totus præ gaudio geſtiens, aliquantum procul etiam uiſos eos, ſequentibus compellat uerbis.*

ΚΑΡΙΩΝ.

Ω πολλὰ δὴ τῷ δεσπότῃ ταυτὸν θύμον φαγόντες,
ἄνδρες φίλοι, καὶ δημόται, καὶ τοῦ πονεῖν ἐρασταὶ,
ἴτ', ἐγκονεῖτε, σπεύδεθ', ὡς ὁ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν·
ἀλλ' ἔς' ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀκμῆς, ᾗ δεῖ παρόντας ἀμύνειν.

CAR. Heus viri amici, populares & colendorum agrorum ſtudioſiſsimi, qui vnà cũ meo hero cepas toties ediſtis, venite, concurrite, huc ad me feſtini adproperate: neque enim vllus eſt vobis relictus cunctãdi locus. Rei bene gerẽdæ maxima ſeſe offert occaſio, quam vt protinus arripiatis, tota vi iam vos adniti oportet.

πολλὰ. *ſ.* κατὰ, *ſæpe,* πολλάκις. τῷ δεσπότῃ. *ſ.* ζῶν. ταυτὸν *eandem cepam. i. ſimilem & æquè uilem, uulgò ferunt* θύμον *generis eſſe maſculini, cui ſententiæ Græcus interpres manifeſtè refragatur his uerbis:* οὐδετέρως δὲ τὸ θύμον λέγεται, καὶ βραχυπαραλήκτως, καὶ βαρυτόνως· ἐκτεινόμενον γὰρ καὶ ὀξυτονόμενον, καὶ ἀρσενικῶς κλινόμενον δηλοῖ τὴν ψυχήν. *id eſt, Neutro genere* τὸ θύμον *dicitur, penultima correpta, & uarytonè: nam cum hoc nomen priorem producit, eſt oxytonum & maſculinum, ſignificatq; animum. Erroris cauſam dediſſe putes* ταυτὸν, *quod Atticè pro* ταυτὸ *ſcriptũ eſt, quomodo* ἔτυπτεν, ἔβλαψεν, *pro* ἔτυπτε, ἔβλαψε. *Interpretantur* θύμον *cepam, quam eſu non ita commendabilem, atq; uiſu, medici tradunt: ea tamen agreſtes uitam utcunque ſuſtinent: quoniam etenim*

ζῶν ſubauditum.

θύμον.

θυμός.

ταυτόν.

illi acrimonia inest, ad irritandam ὄρεξιν, et edendi appetitionē plurimum ualet. Apud Comicū qui cepe comedit, tenuiter et illotè uiuit.

Cepa. *Et eandē cepā comederunt, qui pariter inopes fuerūt, qui eiusdē paupertatis socij et participes ulxerūt.* φίλοι. *Rectè hoc, quandoquidē ἰσότης ut aiunt, φιλότητα ἀπεργάζεται. i. aequalitas amicitiae est author. Aequales aūt à Carione notātur, qui ut Chremylus, exiliter & iustè uiuere maluerūt, quàm opiparè & iniustè.*

δημόται. δημόται, *tribules, ciues, quare quibuscum magna intercessit familiaritas, uicinitas enim in propinqua parte amicitiae putatur.* τὸ πόνου ἐρασαί. *Periphrasis est.* φιλόπονοι, φίλεργοι, *quos iuuat labore opus facere, nō domi desides et ignauos manere, otij et inertiae osores.* τὸ πόνου *pro* τὸ πόνου.

ἴτε *tria uerba ponit progreßionē et accelerationē significātia, ut ea*

ἐγκονεῖν. *re cursum in illis citatiorē desiderare se mōstret.* ἐγκονεῖτε. *Pertinet propriè hoc uerbū ad eos qui currendo κόνεως πλησθῶσι .i. puluere implentur.* καιρὸς οὐχί. s. ἐστί. *Tempus nō est procrastinādi, & in aliud tempus aduentū uestrum proferendi, sed tempus rei peragendae est, & (ut ad uerbum reddam) in ipso flore, ac gradu summo, ut commodior opportunitas & maior uobis sit futura nunquam.* ᾗ *cum qua occasione oportet uos* ἀμώνειν, *congredi, conflictari, arripienda uobis est & premenda.* παρόντας. *oportet uosipsos occasionem oblatam captare, non alios qui eam uobis captent, mittere.*

ΧΟΡΟ΄Σ.

οὐκοῦν ὁρᾷς ὁρμώμενους ἡμᾶς πάλαι προθύμως,
ὡς εἰκός ἐστιν ἀσθενεῖς γέροντας ἄνδρας ἤδη.
σὺ δ᾽ ἀξιοῖς ἴσως με θεῖν, πρὶν ταῦτα καὶ φράσαι μοι
ὅτου χάριν γ᾽ ὁ δεσπότης ὁ σὸς κέκληκεν ἡμᾶς.
καρ. οὐκοῦν πάλαι δήπου λέγω, σὺ δ᾽ αὐτὸς οὐκ ἀκούεις.
ὁ δεσπότης γάρ φησιν ἡμᾶς ἡδέως ἅπαντας
ψυχροῦ βίου καὶ δυσκόλου ζήσειν ἀπαλλαγέντας.

CHORVS. Atqui vides nos propensis animis dudū ad te recta contēdere, quantùm videlicet à nobis id fieri potest, viris & labore fessis, & natu iam grandioribus. Sed vis me aequè citò atq; te currere, idq; pri⁹ quàm cuius rei gratia de tuo domino vocemur, exposueris.

CAR.

CAR. Atqui ego illud pfectò dudũ dico, tu verò ipse nõ audis. Ergo iubet vos omnes herus meus, contemptibili isto & austero vitæ genere relicto, vitam in posterum agere suauiorem.

ὁρμωμένους, poßis uertere hoc participium in uerbũ infinitũ ὁρμᾶσθαι, gestire, & promptè facere uelle quod ais, nempe ire ad te, & properare. Verbi huius significatio, et senũ affectus maior, demonstrãtur ex duobus aduerbijs πάλαι et προθύμως. Quãuis enim πάλαι aliquando tarditatẽ innuat, hîc tamen celeritatis nota est, significatq; nulla mora, statim ubi sumus abs te acciti. ἡμᾶς. Chorus multos capit: ex eis autem unus omniũ nomine loquitur, propterea modò ut una persona, modò ut plures uerba facit. εἰκὸς, ut par est. s. ὁρμᾶσθαι. ἴσως ex æquo, cursu æquè pernici, ac si robusti essemus & iuuenes, qualis tu es. ταῦτα καί. Anastrophe, pro καὶ ταῦτα. ὅτου pro οὗ ἕνεκα, qua de re, κέκληκεν, à καλέω anormi uerbo manauit. οὔκουν. Seruus nebulo irrisurus senes ab eodem uerbo incipit, quo & illi, simul de suo & seruili more mentitur, dum dudum se id dicere ait, cum de ea re antea ne γρῦ quidem. ἡδέως, iunge infinitiuo ζῆσαι.
ψυχροῦ. Græcis pariter & Latinis frigidum dicitur quod despicabile est, odiosum, & miserum, quo in genere senilis uita est, præsertim quæ opibus destituitur. ἀπαλλαγέντας, liberatos, respicit ἡμᾶς. Participium est ab ἀπαλλάττομαι.

ὁρμᾶσθαι. πάλαι. ταῦτα καί. κέκληκεν. ψυχρόν. Frigidum.

Χορ. Ἔστιν δὲ δὴ τί, καὶ πόθεν τὸ πρᾶγμα τοῦθ' ὅ φησιν;
Καρ. Ἔχων ἀφῖκται δεῦρο πρεσβύτην τιν', ὦ πονηροί,
ῥυπῶντα, κυφόν, ἄθλιον, ῥυσόν, μαδῶντα, νωδόν·
οἶμαι δέ, νὴ τὸν οὐρανόν, καὶ ψωλὸν αὐτὸν εἶναι.

CHO. Quod hic ait, quid tandem rei est, aut vndenã esse potest? CA. Viri agricolæ, meus herus cũ domum rediit, senẽ, haud scio quẽ, secũ adduxit, squallidũ, gibbosum, ęrumnosum, rugosum, glabrũ, edentulum: et Cœlũ testor, quẽ ego mentula etiã destitutum arbitror.

ἔστιν. Qui nomine totius chori loquitur, admirabũdus hæc ait reliquis agricolis. Quid sibi uult illa uitæ metamorphosis? unde est. i. quid mouit Chremylum, ut hæc nobis per Carionem suum significaret? non enim temerè hoc ab eo est factum. ἀφῖκται, perfectum ab anormi ἀφικνέομαι. δεῦρο pro ἐκεῖσε, illuc demonstratis ædibus

Δεῦρο.

Chremyli. τινα, *non quòd nesciat quis sit: audiuerat enim ab ipso Pluto,* ἐγὼ γάρ εἰμι πλοῦτος. *& de numine Pluti diu cum Chremylo disputauerat, sed contemptim hoc dicit, ut ex insperato gaudio, ubi diu suspensos tenuerit, uoluptate eos afficiat maiore.* κυφὸν, *à* κύπτω *deducunt, significat eum qui decrepitus adeò est, ut rectus ingredi non posit, curuus & in terram propensus, Comicus Latinus, ut quibusdam placet, silicernium appellat.* ψωλόν. *hoc ab alijs uitijs separat, ut risum excitet. Præ senio non solùm pilos & dentes amisit, sed &* ψωλὼ.

κυφός.

Silicerniū.

χο. ὦ χρυσὸν ἀγγείλας ἐπῶν, πῶς φής! φράσον μοι.
Δηλοῖς γὰρ αὐτὸν σωρὸν ἥκειν χρημάτων ἔχοντα.
καρ. πρεσβυτικῶν μὲν οὖν κακῶν ἔγωγ᾽ ἔχοντα σωρόν.
χο. μῶν ἀξιοῖς φενακίσας ἡμᾶς ἀπαλλαγῆναι
ἀζήμιος, καὶ ταῦτ᾽ ἐμοῦ βακτηρίαν ἔχοντος;

CHO. O nuntium verè aureum, mirum profectò quòd narras: de hac re, obsecro, perge amplius mecum agere. Nam tu nobis eum exprimis, qui ad vos profectus, aceruum secum attulerit pecuniarum. CAR. Imò verò qui cumulum seniliū malorum. CHO. Sperás ne delusis nobis, impunè te abiturum? cum præsertim baculus mihi præsto sit?

ὦ χρυσὸν. *Si uerbum uerbo hæc reddes, dicas, ô aurum qui nunciasti uerborum. Attica constructio est, qua pro adiectiuo substantiuum ponunt: nam, aurum uerborum, uocat aurea uerba,* ὦ ἄγγελε τῶν χρυσῶν ἐπῶν, *O nuntium uerborum aureorum.* πῶς φής! *Sermo demirantis. Quam tu nobis rem narras, oppidò quàm læta est.* σωρὸν *rustica hyperbole,* σωρὸς *cumulus est, et ingens multitudo seminum nullo numero aggregatorum. uolens ergo senex significare confertißimam rerum opulentiam, dixit senem adductum à Chremylo, secum apportasse diuitias, quæ neque numero constarent, neque pondere, sed aceruatim, & uelut ipso cumulo congestas.* ἔχοντα. *unde nouit senem illum tam miserum* σωρὸν *habere* χρημάτων? *Non aliūde coniectauit quàm ex eo quod dixit* πρεσβύτην *esse. Ille enim est senum genius, ut dum parta non solùm tueri uolunt, sed magis ac magis*

Substantiuū pro adiectiuo.

σωρός.

gis augere, sacculosq; inanes implere, fabas arrodant famelici, & quod à Persio dictum est, cepe tunicatum cum sale mordeant, quoniam inexplebili eorum φιλοπλουτίᾳ nihil potest esse satis. πρεσβυτικῶν. *ut ludit senes Carion. Illi sperabant σωρὸν χρημάτων, hîc cōtrà proponit σωρὸν κακῶν, nec quorumlibet malorum, sed senilium. i. maximorum, cuiusmodi esse, senarij Græcorum indicant:* Senes.

φοβοῦ τὸ γῆρας, οὐ γὰρ ἔρχεται μόνον. *id est,*

Senectutem time, quandoquidem non sola uenit.

Senectutis comitatum ita exprimunt,

τὸ γῆρας ὥσπερ βωμός ἐστι τῶν κακῶν,

πάντ᾽ ἐστ᾽ ἰδεῖν εἰς τοῦτο καταπεφευγότα. *id est,*

Senectus est uelut malorum ara & refugium, nam ad eam nullum non genus malorum uidere est concurrere. ἔγωγε. *s.* δηλῶ. φενακίσας, *postea quàm nobis imposueris, & nos uana spe lactaris: sumptū à nomine* φενάκη *supposititia coma, quæ caluos falsò refert crinitos & crispulos.* βακτηρίαν. *scipionem & baculum significat, quo pedum supplebat imbecillitatem: propterea dixit paulò antè, chorum senum, ἀσθενεῖς γέροντας ἄνδρας esse, uel si non habuit, simul cum dicto de proximo loco arripuit.* φενακίζειν.

καρ. πάντως γὰρ ἄνθρωπον φύσει τοιοῦτον εἰς τὰ πάντα

ἡγεῖσθέ μ᾽ εἶναι, κοὐδὲν ἂν νομίζεθ᾽ ὑγιὲς εἰπεῖν;

χορ. ὡς σεμνὸς οὑπίτριπτος. αἱ κνῆμαι δέ σου βοῶσιν

ἰοὺ, ἰοὺ, τὰς χοίνικας, καὶ τὰς πέδας ποθοῦσαι.

καρ. ἐν τῇ σορῷ νυνὶ λαχὸν τὸ γράμμα σου δικάζειν,

σὺ δ᾽ οὐ βαδίζεις, ὁ δὲ Χάρων τὸ ξύμβολον δίδωσιν.

CAR. Vos'ne me sic ad omnia prorsus à natura effictum putatis, vt nihil sani loqui me posse credatis? CHO. O grauitatem verberonis! tua verò crura clamant heu, heu, chœnicibusq; constringi desiderant, & compedibus. CAR. Iuris dicundi potestatem cùm iam sis in tumulo sortitus, eò tamen non vadis, atqui signo dato Charon te illuc euocat.

πάντως, *omnino, irreuocabili sententia, ut nemo poßit diuersum* πάντως.

ab eo quod de me nunc sentitis, persuaderet φύσει, naturali quodam instinctu. Quod consilio fit, potest homini non esse congeneum, propterea ad tempus est. pro loco, tempore, persona, & alijs rebus occurrentibus mutatur. Quod natura fit, congeneum est, & ipsum aut ægerrimè aut nunquam mutatur. Proinde Naturam, inquit poëta, expellas furca, tamen usque recurret. τοιοῦτον nempe φένακα, impostorem naturalem, propterea subdit, εἰς τὰ πάντα, ad omnia, sine ullo discrimine, rerum, locorum, temporum, & personarum. κοὐδὲν pro καὶ οὐδὲν, & nihil νομίζετε εἰπεῖν ἄν. Propter ἂν potentialē particulam, expone εἰπεῖν posse loqui. ὡς σεμνός. Qui hoc pronūciat faciem auertit à Carione, simul digito eum contemptim ostendit, hoc sensu: uidetis quantam innocentiam & probitatem flagitiosus iste nebulo præ se ferat? οὐπιτριπτος pro ὁ ἐπίτριπτος, ἐπιτριβῆναι ἄξιος comminuendus & perdendus: subauditur uerbū ἐστί. κνῶμαι. Conuertitur nunc ad Carionem cui non ingrata προσωποποιΐα, hoc dicit. Tibias tuas baculo hoc sic feriam, ut post ictum clamaturus sis, heu heu. Est ἰοὺ aduerbiū σχετλιαστικὸν, quod geminatū, notat maiorem cruciatum. χοίνικας. Chœnix lignum erat rotundū, & crassum, quale est quod summum axem currus capit, eo coërcebantur sontium & maleficorum hominū pedes. Nomini huic speciali, poëta subijcit nomen generale τὰς πέδας. Sunt enim πέδαι genus omne uinculorum, quibus pedes constringuntur. Sit ergo in posteriore ἐπεξήγησις, id est, expositio prioris: nam chœnicis non una est significatio. ἐν τῇ στοᾷ. Apud Athenienses olim duæ curiæ fuerunt. Altera περὶ τῶν φονικῶν, id est de capitalibus causis pronuntiabat. Sedes huius ἀρεοπάγος. iudices eius qui perpetuum gerebant magistratum, ἀρεοπαγῖται dicebantur. Altera curia iudices habuit annuos, qui τὰ δημοτικὰ tractabant, id est, publicas causas. Erāt à principio quinquaginta numero. Vnde ea curia ἡ τῶν πεντακοσίων βουλή, id est, quinquagenaria curia uocabatur. Cum autem sensissent Athenienses iurisdictionem in tanto numero iudicum esse impeditiorem, uisum est ex quinquaginta illis decem tantum quotannis eligere. Rursus, unum ex decemuiris illis creandum, qui reliquis nouem præesset, hic ἄρχων appellabatur, alij πρόεδροι. Electio fiebat ad hunc modum Decem litteræ ab α usq; ad κ sigillatim in tabellis expressæ in καδίσκον. i. sitellam uel urnam confusè inijciebantur, unde ordine eductæ in singulos distribuebantur. Cui contigisset α, ἄρχων erat: reliquis ordo literarum in iudicando ordinem designabat locorum. Ductis sortibus præco uirgam dabat iurisdictionem sortitis, quo gestamine

Margin notes: Natura. — κοὐδὲν. — ἄν. — οὐπίτριπτος. — ἰού. — χοῖνιξ. — πέδαι. — ἀρεοπάγος — ἀρεοπαγῖται. — ἄρχων. — πρόεδροι. — καδίσκος.

mine

mine insigniti, & in curiã proficiscebantur, & de curia abibant, symbolum ac iurisdictionis præmium accepturi. Carion ergo ad priscam illam iuris dicendi formulam spectans, grauiter commotus, quòd à sene illo uocatus esset ἐπίτριπτος duobus hisce uersibus senem insectatur. Fuerit itaq; hæc horũ uersuum lucidior explanatio, τὸ γράμμα σου λαχὸν νῶϊ δικάζειν, cum tua litera paulò antè sortita sit iurisdictionem (confert senem cũ senibus illis iudicibus, quoniam ut illi ῥάβδον, id est, uirgam gestabant, ita hic βακτηρίαν. id est, scipionem & baculum, quo intentato nuper minatus est Carioni, & ταύτην ἐμοῦ βακτηρίαν ἔχοντος) ἐν τῇ σορῷ. Sine scommate dixisset ἐν τῷ δικαστηρίῳ, sed quoniam pauper, & ideo diuitiarum cupidior senex dixerat Carioni, Δηλοῖς γὰρ αὐτὸν σωρὸν ἥκειν χρημάτων ἔχοντα. nunc dedita opera uolens significare senem esse capularem, & morti proximum, syllabam illius uocis uariat, proq; σωρὸς qui est aceruus, reponit σορὸν tumulum sepulchralem, uerbis inter se tam affinibus, quàm duo hæc Latina sunt cumulus & tumulus. Σὺ δὲ οὐ βαδίζεις. Tu uerò non uadis. s. δικάζειν, uel εἰς τὸ δικαστήριον, in forum, qui hîc hæres, & in loco minus tibi iudici congruo, mendacij me damnas, uel illusoriè εἰς σορὸν in sepulchrũ. ὁ δὲ Χάρων facetè κατὰ ἀναγραμματισμὸν, id est, per inuersionem literarum pro ἄρχων dicit Χάρων ut hoc uerbo clarum sui scommatis prodat intellectum. Charon, inquit, inferorum portitor, & qui per Cocytũ & Stygem mortuorum animas ad inferos Deos transuehit, iam multos dies te uocat, quò te unà cum alijs uita functis transmittat. Quamuis ergo symbolum, id est signum illuc properandi det tibi, σὺ δ' οὐ βαδίζεις. λαχὸν participium ab anormi uerbo λαγχάνω. Constructio est Attica, nam nominatiuus absolutè ponitur pro genitiuo, λαχόντος τοῦ γράμματός σου. δικάζειν, uel subaudi σέ, uel uerbum loco nominis δίκην positum putato.

Symbolum. σορός. σωρός. Charon. Symbolum. Nominatiuus absolutus.

ΧΟΡ. Διαῤῥαγείης, ὡς μόθων εἶ, καὶ φύσει κόβαλος,
ὅστις φενακίζεις· φράσαι δ' οὔπω τέτληκας ἡμῖν
ὅτου χάριν μ' ὁ δεσπότης ὁ σὸς κέκληκε δεῦρο.
οἳ πολλὰ μοχθήσαντες, οὐκ οὔσης σχολῆς, προθύμως
δεῦρ' ἤλθομεν, πολλῶν θύμων ῥίζας διεκπερῶντες.
ΚΑΡ. Ἀλλ' οὐκ ἔτ' ἂν κρύψαιμι· τὸν Πλοῦτον γὰρ, ὦνδρες, ἥκει

ἄγειν ὁ δεσπότης, ὃς ἡμᾶς πλουσίους ποιήσει.
χορ. ὄντως γὰρ ἔστι πλουσίοις ἅπασιν ἥμιν εἶναι;
καρ. νὴ τοὺς θεούς, μίδαις μὲν οὖν, ἢν ὦτ᾽ ὄνου λάβητε.

CHO. Disrumparis, vsque adeò molestus es, & versuto ingenio, vt qui nos ita ludere pergas, dicere autem cuiusnam rei gratia tuus dominus nos huc vocet, tibi hactenus non visum sit, cùm multis laboribus defatigati, & alioqui occupatissimi, festinantes tamen, quò vocas, accesserimus, idq; spretis multarum ceparũ radicibus. CAR. Agè verò vos iam posthac non celaro. Plutum, ô viri, meus herus omnino adduxit, qui nos diuites omneis reddet. CHO. Reuerá ne omnes nos ditabimur? CAR. Per Deos: atque adeò vos Midæ efficiemini, si capitibus vestris asininas aures attexueritis.

διαῤῥαγείης, dolore & inuidia crepes medius: composita, uox est à διὰ, & anormi uerbo ῥηγνύω, siue ῥήγνυμι. μόθων. *μόθων homo fuit garrulus, qui in compotationibus inscitißimè saltitabat. Lacedæmonij pro uerna & seruili ingenio accipiunt, quiq; ingenuis liberis, comitatus, uel doctrinæ gratia adhibebatur, qualem Terentius fingit Dauum Pamphilo datum. Pro nugone, & rusticæ cuiusdam ac odiosæ loquacitatis uiro usurpatur.* κόβαλος. *κόβαλος, uafer & ueterator. κόβαλα, inquit Suidas, ἐστὶ τὰ κακά. Pro κακότεχνος ponitur, id est eo qui arte sua in pernitiem alterius, & damnum utitur, unde & κοβαλία dicitur ἡ προσποίητος μετ᾽ ἀπάτης παιδιά i. ars ad decipiendum efficta. Carioni hoc nomen uidetur ideo obiectare, quòd cùm seruus sit, tamen rei politicæ, & doctrinæ politioris se quodammodo peritum esse ostentauit: cum Athenensium iudicum & Charonis meminit, Chorumq; illis uerbis tectè momordit. τέτληκας, sustinuisti, uoluisti, nostra gratia tantũ laboris sumere, à τλῆμι. ἥμιν.* ἥμιν. *Aristophanes uidetur de industria fecisse, ut chorus rusticus accentu rustico & inepto ἥμιν proferret. Alioqui enim uel ἡμῖν communiter uel ἧμιν. Atticè enuntiasset. μ᾽, με pro ἡμᾶς, pronomen est* Numerus. *συλληπτικόν, unus enim omnium nomine loquitur, propterea uersu* πολλά. *proximo numerum mutat, οἱ πολλὰ &c. πολλὰ, πολύ. postea-*

quàm

quàm multum laborauimus. οὐκ ὄντες, *deest coniunctio,* καί. ἤλθομεν *ab* ἐλεύθω *deriuanomi.* θύμων. *Dictum antea est Atheniensem agrum frugibus serendis ineptum fuisse, propterea alia semina terræ mandabant, quæ commoda, uidebantur, allia, cepas et huiusmodi alia pro genio soli. Conqueritur ergo chorus pauperum quòd cum colligendis cepis intentus esset, statim ut uocatus est à Carione, festinus adcurrerit, relictis etiam in agro cepis quàm plurimis. Ideo autem* ῥίζας *quia præcipua pars ceparũ est caput, quod ipsis radicibus hæret.* διεκπερῶντες, *prætereuntes, occeptum opus prætermittentes.*

ὦ ὕνδρες, *pro* ὦ ἄνδρες. *Attica Synæresis, qualis est & hæc constructio* ἥκει ἄγων, *uenit adducens, pro* ἄγει, *adducit.* ἔστι *pro* ἔξεστι, *licet, datur, in nobis situm est.* μίδας, *Phrygiæ rex fuit, cui inter egregiè diuites primus locus dari solet. Proditum est literis huic adhuc puero dormienti formicas grana tritici in os congesisse, de ea re rogatos augures respondisse, eum olim ditissimum futurum, quod et contigit. tandem uerò cum opum desiderio inexplebili flagraret, petijt à Dijs ut quicquid corpore contigisset, statim in aurum uerteretur, quod illi à Dijs concessum est, sed summo eius malo, nam cibus & potus inter fauces aurum fiebat, quo quoniam ali non potuit, fame interijt miserrima. Fabulantur eundem prætulisse Pana canentẽ Phœbo, propter quod iudicium tam stolidum Phœbus indignatus, capiti eius asininas affixit aures.* μὲν οὖν, *correctio est. Quid dixi uos fore* πλουσίους, *imò uerò dico uos futuros Midas, id est,* πλουσιωτάτους, *opulentissimos.*

ὦ ὕνδρες. ἔξεστι. Midas.

ΧΟΡ. ὡς ἥδομαι, καὶ τέρπομαι, καὶ βούλομαι χορεῦσαι

ὑφ' ἡδονῆς, εἴπερ λέγεις ὄντως σὺ ταῦτ' ἀληθῆ.

ΚΑΡ. καὶ μὴν ἐγὼ βουλήσομαι, θρεττανελό, τὸν κύκλωπα

μιμούμενος, καὶ τοῖν ποδοῖν ὡδὶ παρενσαλεύων,

ὑμᾶς ἄγειν. ἀλλ' εἶα τέκεα θαμίν' ἐπαναβοῶντες

βληχώμενοί τε προβάτων

αἰγῶν τε κιναβρώντων μέλη,

ἕπεσθ' ἀπεψωλημένοι, τράγοι δ' ἀκρατιεῖσθε.

CHO. Dii boni, quanto gaudio, quanta voluptate totus afficior! Lubet saltatu etiam atq; tripudio palàm

meum testari gaudium, si modò quidem vera sunt quæ tu prædicas. CA. At volo ego, Threttanelo, vos Cyclopis exemplo agere, pedibus interim meis ad hunc modum subsultantibus. Quare agite filii, balantium ouiũ, caprarumq; fœtentium melos continua exprimite voce. Lasciuientes, & de more hircorum intemperanter agentes, subsequimini.

καί. *καὶ βούλομαι. Præpone τὸ καὶ uerbo χορεῦσαι, incrementum enim habet, uolo non modò apud me, & in animo gaudere, sed et tripudiare.* Polyphemus. *τὸν κύκλωπα μιμούμενος.* (?) *Sunt hæc nobis altius paulò repetenda. Polyphemus Neptuni filius, immanis uir fuit & proceritatis, fortitudinisq; prodigiosæ, huic in media fronte unicus erat oculus, & idem orbicularis ac rotundus, unde* κύκλωψ. *κύκλωψ est appellatus (κύκλος enim circulus est, ὤψ uisus) Amicam habuit hic* Galatea. *Galateam, cum qua in Sicilia greges pascebat. Homerus scribit in Odyssea Vlyssem naui egressum cum aliquot ex suis, ad antrum Polyphemi fortè diuertisse, uixq; eum hominis feritatem euasisse. Multis pòst seculis* Dionysius. *Dionysius Siciliæ tyrannus pellicem amauit Galateam, quàm cum* Philoxenus. *Philoxenus poëta Siculus deperiret, Dionysius riualem cum odiosum in lapicidinas exulem egit. Illinc Philoxenus cũ aufugisset, carmen edidit, in quo fingit Dionysium cum Galatea pecudes pascere, & inter pascendum citharam pulsare. Dionysium autem Cyclopẽ uocat, non solùm quòd in amanda Galatea cum Cyclope conueniret Homerico, sed & cum ridet, quòd uisu esset hebetiore. Aristophanes Philoxeni poësim taxans, facit ut Carion pastorem agat, senes uerò gregem Carionis esse fingit, quem præiens Carion, ac citharam imitans, post se ridiculè ducit.* θρεττανελό. *θρεττανελό. Vox hæc factitia est, indeclinabilis, per se posita, & præter rationem constructionis, quæ utcunq; refert extremum lyræ sonum. Hoc ait Carion: Dum ad Chremylum pergemus, ego ero uelut alter Cyclops, uos meum pecus, ego citharam illius imitabor, uos in numerum quasi saltantes, me alacriter sectabimini.* ὡδί. *ὡδί, pro ὧδε. Hoc dum dicit terram pedibus quatit, saltandi formulam illis præscribens, aut, quod probabilius, nates senum tardiorum pede ferit: nã ea parte cessantes oues pastor impellere solet, ea de re cunctantioribus illis ait:* ἀλλ' εἶα, *quæ uerba Philoxeni sunt, nam Aristophanes Atticè potius dicturus erat cõtractè τέκη, quàm disiũctè τέκεα.* θαμινά. *θαμινά, assiduè, iugiter, & sine intermissione.* βληχώμενοι, *balatu referentes μέ-*

λη

λῃ, uocem ouium, & caprarum κιναβρώντων, fœtidè olentium. per capras, hircos accipe, quibus κιναβρᾶ, id est, uirus & grauεolentia maior est. Rursus uide ut rationem habet sensus non uerborum, quando post neutrum τέκεα subdit ἐπαναβοῶντες, βληχώμενοι & ἀπεψωλημένοι. Salaciora sunt hæc, quibus hircorum cum capris coëuntium libidinem explicat. nam, si uerba aures non offendunt, reddas ἀπεψωλημένοι genitali renudato & ἀκραχολᾶσθε, intemperantius uos gerite, id est, ut Græcus interpres sentit, μετὰ τὴν συνουσίαν τὸ ἄκρον τοῦ αἰδοίου λείχετε, qui hircorum mos est. τράγοι. s. ὡς.

κιναβρά. ἀπεψωλῆσθαι. ἀκραχολᾶσθε. ὡς.

χορ. Ἡμεῖς δέ γ' αὖ ζητήσομεν, θρεττανελό, τὸν κύκλωπα
βληχώμενοι σὲ τουτονὶ πεινῶντα καταλαβόντες,
πήραν ἔχοντα, λάχανά τ' ἄγρια, δροσερά, κραιπαλῶντα
ἡγούμενον τοῖς προβατίοις,
εἰκῇ δὲ καταδαρθέντα που,
μέγαν λαβόντες ἡμμένον σφηκίσκον ἐκτυφλῶσαι.

CHO. Nos vicissim, Threttanelo, Cyclopē illum (te hunc ipsum videlicet) quæremus, quem vbi balantes famelicum, peram vnà cum agrestibus & rorulentis herbis gestantem, temulētum item ouicularum ducem, temerè alicubi somno obrutum, deprehenderimus, illic assumpto ingenti palo præusto, te excæcabimus.

ἡμεῖς δέ. Intricatior hæc uerborū structura, sapit suā rusticitatem. Singula ordine digerātur. ἄν, cōtrà, ut par pari referamus. Chorus indignè fert imperiū Carionis, qui se cū Cyclope, chorū uerò cū ouibus, capris, & fœtidis hircis uoluit collatū. Quare cōuitium regerit, perniciēq; illi promittit, si tale imperiū susceperit. θρεττανελὸ τὸν κύκλωπα. Moris est, ut eorū uerba ridiculè repetamus, quibus illudere paramus. Quod à choro hîc factitatū uidemus. Post ἐκτυφλῶσαι, quod ultimo loco est, statue, τὸν κύκλωπα, hoc modo, ἡμεῖς δὲ βληχώμενοι ζητήσομεν ἐκτυφλῶσαι τὸν κύκλωπα, nos post multū balatū quæremus, et operā dabimus ut exoculemus cyclopem. Quādo aūt id fiet? καταλαβόντες σὲ τουτονὶ etc. Est καταλαβόντες participiū à cōposito uerbo anormi καταλαμβάνω. πήραν. Ridet Aristophanes Philoxenū, q Polyphemū introduxerit pera et herbis grauatū

ἄν.

cum apud Homerum non herbulis, sed carnibus uixisse feratur. Quid enim tantæ moli cum herbis? Chorus ergo mendicitatem obijcit seruulo, & ingentem famem, per quam uesci cogatur non cultis & satiuis herbis, sed agrestibus, ijsdemq; adhuc rore aspersis, quasi ingens fames rorem à sole desiccari non patiatur. Simul alludit ad id quod Homerus scribit de Cyclopibus:

Οὔτε φυτεύουσι χερσὶ φυτὸν, οὔτ' ἀρόωσιν,
Ἀλλὰ τά γ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται. *id est,*

Qui neq; manibus quidquam plantant, neq; agros colunt, sed quibus omnia nullo semine, nulloq; aratu producuntur. καὶ κραιπαλῶντα, *resume* καταλαβόντες. *Ebrium fingit futurum Carionem, alludens ad Polyphemum, cuius antrum cum subijsset Vlysses, ut feroces eius animos uitaret (iam enim aliquot è socijs suis miserè dissectos à Polyphemo, & excesos uiderat) potum illi propinauit,* ἀκηράσιον, μελιηδέα, θεῖον πότον, *id est, merum, melleum, & dignum Dijs poculum, cuiq; diluendo aqua opus erat uigecupla. Polyphemum hoc uino grauatum, supinè iacentem, atque altè stertentem Vlysses excæcauit.* ἡγούμενον τοῖς προβατίοις, *periphrasis,* ποιμένα. εἰκῇ, *nulla ratione habita loci, commodi, uel incommodi, siue in uia siue extra uiam, siue sub tecto, siue sub dio.* καταδαρθέντα. *A composito, & heteroclito uerbo* καταδαρθάνω *participium.* μέγαν. *ecce quomodo sint Carioni oculos effossuri.* ἡμμένον *ab* ἅπτω *themate, τὸ* δαΐω *comburo, accendo* πεπυρωμένον, *accensum, igni induratum.* σφηκίσκον. *Græcis* σφήξ, *uespa est, quæ quoniam acuminata habet posteriora, & quæ sensim gracilescunt, hinc fit ut* σφηκίσκος *pro sude, & ligno acuto ponatur. Homerus uocat* μόχλον ὀξὺν ἐπ' ἄκρῳ, *repagulum in summo acutum.*

εἰκῇ. ἡμμένος. σφηκίσκος.

ΚΑΡ. Ἐγὼ δὲ τὴν Κίρκην γε τὴν τὰ φάρμακ' ἀνακυκῶσαν,
Ἣ τοὺς ἑταίρους τοῦ φιλωνίδου ποτ' ἐν Κορίνθῳ
Ἔπεισεν, ὡς ὄντας κάπρους,
Μεμαγμένον σκῶρ ἐσθίειν, αὐτὴ δ' ἔματτεν αὐτοῖς,
Μιμήσομαι πάντας τρόπους.
Ὑμεῖς δὲ γρυλλίζοντες ὑπὸ φιλήδίας,
Ἕπεσθε μητρὶ χοῖροι.

CAR. At ego modis omnibus Circen imitabor,

quæ

quæ apud Corinthum per potionem ex arte confectam & sociis Philonidæ porrectam, illos eò dementiæ adduxit, vt se porcos esse persuasum haberent, adeò vt quod illa stercus subigeret, ipsi ederent. Vos itaq; ea voluptate illecti, grunnientes, sequimini matrem porci.

κίρκην. Post uitatum Polyphemum Vlysses ad Læstrygonas deflexit, ubi nauibus egressus, agit cum suis de inuisenda regione, ut quæ gentes ea loca tenerent, quiq; essent regionis mores, & ritus, noscerent. Dum regionem lustrant aliquot socij Eurylocho duce ad Circen mulierem ueneficam, & incantatricem celeberrimam fortè diuerterũt, quos blanditijs introductos, & mollibus lectis exceptos, Circe, pharmaco in eam rem mixto, & ab illis cupidè exhausto, in sues mutauit, sic mutatos in haram baculo coëgit, glandemq; illis proposuit edendam. Carion ergo senes suos nouo scommate aggreditur, quò tædium itineris iocando excutiat. Circen, inquit, imitatus, uos in sues commutabo, qui stercoribus pasti, ac illius cibi suauitate capti, præeuntem me, quasi scropham aliquam, grunnientes sequemini, ut qui cum ouibus & capris conferri non sustinuistis, cum porcis multò spurcioribus hîc conferamini. φιλωνίδου. Dixisset uel εὐρυλόχου, uel ὀδυσσέως, sed mordaciter hoc, & dentata, quod aiunt, charta agitur. Redit enim ad Philonidem, de quo antea dictum: ἐρᾷ δὲ Λαΐς οὐ διά σε φιλωνίδου; nam diues hic agebat Corinthi, cum turba hominum parasitorum, beluonum, & insana libidine infamium, quos cum porcis comparat, quomodo Corinthum & Philonidem pro Circe, & Circes ædibus accipit. Sanè poëticum illud de Circe figmentum, aliud nihil quàm meretrices notat, quæ iuuentutem rebus nequiter dißipatis, moribus et fama contaminatis ac deploratis, apud bonos uiros reddũt probrosam & procul fugiendam. ἔπεσθον. Facit Philonidem Circe deteriorem, ut qui suorum assectatorum mentem, formamq; mutarit internam, cum Circe exteriorem formam tantum mutare potuisse cantet Homerus:

Eurylochus

Circe.

Οἱ δὲ συῶν μὲν ἔχον κεφαλὰς, φωνήν τε, δέμας τε,
καὶ τρίχας, αὐτὰρ νοῦς ἦν ἔμπεδος, ὡς τὸ πάρος περ. id est,
Illi capite quidem, uoce, corpore, piloq; sues referebant, at quæ prius mens fuerat, illis constanter permansit. σκῶρ Circe dicitur transformatis abs se tantùm obiectasse ἄκυλον βάλανον, καρπόν τε κρανείης, id est quernas glandes, & corna: Carion autem quò senibus maiorẽ inurat dolorem, σκῶρ apposuisse ait, ut intelligant non aliud ge-

nus cibi ipsis à Carione parandum. μιμήσομαι, *reduc ad illa,* ἐγὼ δὲ τὴν κίρκην. πάντας. *s.* κατά. *Ferè singulariter effertur,* πάντα τρόπον. γρυλλίζοντες, *uerbum est effictum, à uoce* γρῦ, *de qua prius egimus.* ἕπεσθε. *Olim* ἕπεσθε μητρὶ χοῖροι *prouerbiali tropo de ijs dicebatur, qui indocti ipsi indoctos sequebantur, propterea quòd sus Mineruæ opponitur. Hîc simpliciter, & nulla figura Carion senibus uelut in porcellos transfiguratis, hoc deridiculè ingerit.*

ΧΟΡ. οὐκοῦν σε τὴν κίρκην γε τὴν τὰ φάρμακ' ἀνακυκῶσαν
καὶ μαγγανεύουσαν, μολύνουσάν τε τοὺς ἑταίρους
λαβόντες ὑπὸ φιλησίας,
τὸν λαέρτου μιμούμενοι, τῶν ὄρχεων κρεμῶμεν,
μινθώσομέν θ', ὥσπερ τράγου,
τὴν ῥῖνα· σὺ δ' ἀρίστυλλος ὑποχάσκων ἐρεῖς,
ἕπεσθε μητρὶ χοῖροι.

CHO. Nos verò non ſine incredibili voluptate, poſtea quàm te Circen corripuerimus pharmaca miſcentem, ſocios præſtigiis ludificantem, & conſpurcantem, ſumpto ab Vlyſſe exemplo, de teſticulis te ſuſpendem⁹, tuas nares, haud aliter quàm ſi nares hirci eſſent, ſtercore deliniemus: tum, vt Ariſtyllus, tu rictu modicè diducto, dices, ſequimini matrem porci.

σὲ τὴν κίρκην, *te qui Circen esse uelle dixisti.* μολύνουσαν, *uoles enim nos cogere* μεμαγμένον σκῶρ ἐσθίειν. τὸν. *s.* υἱόν. *Laërtis filium, Vlyssem, cuius socios nos esse fingis.* τῶν ὄρχεων. *Aristophanes respicit ad supplicium Melanthij quod scribit Homerus Odyss.* χ. *Penelopen Vlyßis uxorem (absente Vlysse, & mortuo à plerisq; omnibus credito) proci admodum multi ambiuerunt, donis et precibus solicitarunt, cuius constantiam dum expugnare nequeunt, bonis interim et rei familiari eius, multa, eadémque grauia attulerunt incommoda. Procis gratificabatur in primis Melanthius caprarius, qui de suis gregibus quàm poterat plurima & maxima illis diripienda suppeditabat. Omnium uerò malorum quæ Melanthius admisit, hoc fuit grauißimū. Vlysses domum reuersus, mendicum agens, ut quid domi suæ ageretur, dißimulanter exploraret, incidit in Melanthium, qui postea quàm cō-*

Penelope.

Melanthius

tumelijs

tumelijs Vlyssem incesßisset, calce etiam in eum adacta, uiolenter percußit. Tantam eam iniuriam Vlysses postea sic ultus est.

ἐκ δὲ Μελάνθιον ἦγον ἀνὰ πρόθυρόν τε καὶ αὐλήν·
τοῦ δ' ἀπὸ μὲν ῥῖνάς τε καὶ οὔατα νηλέϊ χαλκῷ,
τάμνον, μήδεά τ' ἐξέρυσαν κυσὶν ὠμὰ δάσασθαι.
χεῖράς τ' ἠδὲ πόδας κόπτον. *id est,*

Melanthium autem per uestibulum & aulam tractum, foras egerunt, nares illi & aures ferro præsciderunt, genitalia ui auulserunt, quæ cruda canibus obijcerentur deuoranda, manus deinde & pedes amputarunt. Quod Chorus simpliciter dicturus erat, nos te in crucem agemus, comicè & facetè dixit, nos te de testiculis suspendemus. μινθώσομεν, τουτέστι μίνθῳ χρίσομεν, *mintho inungemus. Febris, caprarum morbus est familiaris, quo dum tabescere caprarijs uidentur, protinus nares earum deliniũt* μίνθῳ, *id est stercore caprino, uel bircino, huius enim stercoris graueolentia facilè capris sternutationem elicit, quare maximè suo ψυγμῷ & horrore liberantur.* ἀρίστυλλος. *s.* ὡς, *ut Aristyllus, fuit is poëta obscœnior, quapropter Aristophanes illi rem applicat immũdam. Præter animi uitia illi inerat & hoc corporis uitium, inter loquendum* ὑπέχασκε, *id est, ore non satis aperto loquebatur, sed subhiabat, adeò ut ferè tota uox eius per nares prodiens stridula esset, qualis est grunnitus porcorum. Ait itaq; Chorus Carioni, tu ita suspensus & oblitus, suilla uelut uoce inclamans, nobis porcellis tuis dices,* ἕπεσθε μητρὶ χοῖροι.

μίνθος.

ὡς.
Aristyllus.

καρ. Ἀλλ' εἶα νῦν τῶν σκωμμάτων ἀπαλλαγέντες ἤδη
ὑμεῖς, ἐπ' ἄλλ' εἶδος τρέπεσθε. ἐγὼ δ' ἰὼν ἤδη λάθρα
βουλήσομαι, τοῦ δεσπότου
λαβών τιν' ἄρτον καὶ κρέας
μασώμενος τὸ λοιπόν, οὕτω τῷ κόπῳ ξυνεῖναι.

CAR. Sed agite heus vos, nunc tandem, salibus omissis, pristinam induite formam. Ad me quod attinet certum est fore, vt hinc profectus, vbi pane & carnibus ab hero surreptis probè me satiaro, strenuas in posterũ manus occœpto sim admoliturus negotio.

νῦν, *nunc, confecta demum uia, quandoquidem eò uentum est*

quò

quò tendebamus, ad ædes scilicet Chremyli. εἶδος. *in aliam formam conuertimini: nam antea oues, capras, nautas, et sues finxerat.* ἕπεσθ', ἕπεσθε. ἰών. *Præit Carion, ut hero Chremylo senes aduentare, & iam haud procul esse nuntiet.* λάθρα, *clam, & inscio hero, bellè exprimit ingenium seruorum, qui ut lurcones sunt ita & furaces, post* λαβὼν *ponendũ* λάθρα. μασώμενος, *à themate* μασάομαι, *mando. Dum hoc dicit, gulosè aliquid se mandere fingit.* οὕτω *sic, nempe satiatus, & uentre cibis distento.* κόπῳ, *labori mihi futuro. Plutus enim & Chremylus posthac multa mihi præscribent facienda, quæ uentre expleto alacrius obibo, promptiusq; exequar. His dictis Carion statim senes deserit, ad Chremylum præcurrit, ad quem ubi peruenit, & aduentum chori appetere significauit, Chremylus, relicto in suis ædibus Pluto, obuiam choro ire contẽdit, quem exporrecta fronte, ambitiosaq; excipit salutatione.*

ΧΡΕΜΥΛΟΣ.

Χαίρειν μὲν ὑμᾶς, ἐστὶν, ὦ 'νδρες δημόται,
Ἀρχαῖον ἤδη προσαγορεύειν, καὶ σαπρόν.
ἀσπάζομαι δ', ὅτι ἢ προθύμως ἥκετε,
καὶ ξυντεταγμένως, κοὐ κατεβλακευμένως.
ὅπως δέ μοι καὶ τ' ἄλλα συμπαραστάται
ἔσεσθε, καὶ σωτῆρες ὄντως τοῦ θεοῦ.

CHREMYLVS.

Si vos saluere iubebo, viri populares, obsoleta illa mihi, & macra quædam salutatio nũc videatur. Lubet verò magis, vt salutando, simul vos amplectar, & osculer: vt qui scilicet alacribus animis, & acie velut instructa, graduq; minimè torpẽti, huc ad me accedatis. Iam vestrum fuerit videre, vt qui antea mihi semper adfuistis, ne mihi itidem posthac desitis, at Plutum seriò mecum custodiatis.

χαίρειν μὲν ὑμᾶς, *id est, uos quidẽ saluere. Comprehensim posita hæc uerba uicem nominatiui gerunt, hoc sensu: Si in salutandis uobis*

ego

ego tantùm dixero χαίρετε *(qui antea inopi mihi mos erat salutandi) existimabo nunc ditior factus, me non satis pro mea dignitate facere, leuioriq; uos excipere salutatione.* ἀρχαῖον. *Quod à multo tempore innotuit, & iam usitatius est, ut ineptum, nec satis plausibile reijcitur, quomodo & ingratum dicitur quod est* ἕωλον, *id est, aridũ exuccum, & insipidum. Sentit Chremylus mutato uitæ genere, & sorte, mutandam quoq; salutandi formulam.* προσαγορεύειν, *infinitiuũ loco nominis* προσηγορία. ἀσπάζομαι. *Per hoc uerbum salutatio notatur officiosior quàm per* προσαγορεύω, *uel per* προσείπω. *Nam qui* ἀσπάζεται, *obuijs ulnis in illius complexum properat, quem summo excipit desiderio.* ὅ τι ἤ, *pro* ὅτι, τὸ ἢ *abundante, ut in* δηλονοτί, *quo de prius dictum.* συντεταγμένως, *pleno gradu, conspiranter, uerbum militare, sumptum enim est ab acie ordinata quæ magno impetu fertur in hostem, huic aduerbio contrarium est* καταβεβλακευμένως *remissè, lento incessu, quomodo ingrediuntur οἱ βλακεύοντες homines in obeundis negotijs cunctabundi & molles, quos lutum, lapillus, uel modicus cespes in uia remoratur.* ὅπως. *Subaudire imperatiuum uerbum, Atticorum est,* ὁρᾶτε *uidete,* ποιεῖτε, *efficite, uel aliud quoddam simile.* ἐν τἄλλα *s.* κατά. *uidete ut in cæteris ac sequentibus alijs rebus, quomodo & fuistis in præcedentibus olim.* συμπαραστάτη *Militaris est hæc dictio. est* συμπαραστάτης, *auxiliarius miles, & qui opis gratia alicui adstat.* ἔσεσθε. *Modus indicatiuus pro optatiuo* εἴητε, *uel* ἔσοισθε. ὄντως, *re uera: ne falso nomine putent se uocatos & de re uulgari. Exemplaria nonnulla legunt* ὄντες, *quod si probatur, dices esse dictionẽ* περιττὸν, *id est, otiosam, & ornatus non necessitatis gratia adhibitam.* τοῦ, *illius Dei, de quo facta est uobis, à Carione uos accersente, mentio.*

ἀρχαῖον. ἕωλος. Infinitiuũ. ἀσπάζομαι. ὅτι ἤ. συντεταγμένως. Imperatiuũ. τἄλλα. συμπαραστάτης. Modus.

χορ. θάῤῥει· βλέπειν γὰρ αὐτίκ᾽ ὥσπερ δόξεις μ᾽ Ἄρη.
Δεινὸν γὰρ εἰ τριωβόλου μὲν εἵνεκα
ὠστιζόμεσθ᾽ ἑκάστοτ᾽ ἐν τῇ ᾽κκλησίᾳ,
Αὐτὸν δὲ τὸν πλοῦτον παρείην τῷ λαβεῖν.
χρε. καὶ μὴν ὁρῶ καὶ βλεψίδημον τουτονὶ
προσιόντα, δῆλος δ᾽ ἐστὶν ὅτι τοῦ πράγματος
ἀκήκοέν τι τῇ βαδίσει καὶ τῷ τάχει.

CHO. Bono animo esto, nam, vt alterum Martem,

me tibi opitulatorem adesse indubitanter credes. Si in concione de re nihili subinde confli&amur, an nõ grauiter ferendum mihi esset, vlli mortalium permittere, vt Plutũ ipsum nobis præriperet? C H. At enim ecce video & Blepsidemũ huc accedere. Mirum ni de citatiore vestro gradu, & festinatione hãc rẽ est subodoratus.

θάῤῥει. *Θάῤῥει, imperatiuum à θαῤῥέω, confido, audacior fio. Quoniam Chremylus choro indicauerat se nonnihil dubitare cùm dixit ὅπως δέ μοι &c. idcirco chorus eum confirmans hoc uerbo, iubet ut animo sit hac in re otioso, in seruando enim Pluto auxiliatorem strenuũ se futurum, & acerrimum tutatorem. βλέπειν γάρ. Si κατὰ λέξιν* Martẽ uidere. *hoc reddere lubet, dices: Palam existimabis me Martem uidere, id est, dices me illis præditum oculis quales Marti tribuuntur, tetro uultu meo & minaci, animi ardorem, truculentiam, tumultum & bellum præ me feram, ut sola specie, & ipso uultu quem repræsentabo, quoscunq; abs te facilè sim propulsaturus. legunt nonnulli pro δόξεις ἄρη, δόξῃς ἄρην, quæ Attica sunt, nam pro ει Attici ponunt η, proq; ἄρης ἄρειος, dicunt ἄρης, ἄρευ. δεινὸν. s. εἴη graue fuerit, & non ferendum.* τριώβολον. *τριωβόλου, ob rem nullius pretij, pro re uilißima & uix triobolo digna. ὠστιζόμεσθα, pro ὠστιζόμεθα. hoc modo primam personam pluralem uerborum in μαι prisci Attici proferebãt, qui mos Ionibus postea fuit familiarißimus.* ὠστίζεσθαι. *ὠστίζεσθαι autem, siue ὠθίζεσθαι, plebs dicebatur, quando in concilium & conuentum uocata discrepabat, altercatione turbulenta conflictabatur: huiusmodi porrò, id est uulgi & plebis miscellaneæ* ἐκκλησία. διάκλησις. σύγκλησις. *ἐκκλησία, concio & congregatio, διάκλησις uocabatur, quomodo consulũ cœtus σύγκλησις. Per aphæresin 'κκλησία pro ἐκκλησία effertur. αὐτὸν, ipsum Plutum, id est, solidas opes quales Plutus suis largitur. παρεῖναι ἀπάρειμι sino et permitto, cõcedo.* τῳ. *τῳ, τινὶ, alicui. ὁ βλεψίδημον, ὁ præterea, præter nos à me uocatos ecce qui ultro etiam ad nos uenit. In hac comœdia tria sunt ab Aristophane conficta nomina βλεψίδημος, χρεμύλος &* Blepsidemus. *καρίων. Blepsidemus quasi ὁ βλέπων εἰς τὸν δῆμον, uir pauper qui oculos conuertit et iactat in populum unde auxilium sperat: proinde ad Chremylum quondam æqualem suum, nunc diuitem factum in-* Chremylus *uocatus etiam uenit χρεμύλος ἀπὸ τοῦ χρέος debitum, & αἱμύλλω τὸ ἀπατῶ decipio, quasi qui præ inopia cogatur suos creditores* Carion. Cares. *fallere nõ soluẽdo quod debet. Quod ad Carionẽ attinet, nulli dubiũ quin à Caribus nomẽ ductũ sit, qui seruili fuisse ingenio dicũtur, parati*

quiduis malorum pati mercede proposita. Propterea Aristophanes alibi ait, εἰ δὲ δοῦλός ἐστι, καὶ κάρ. id est, Quod si seruus est, & Car. δῆλός ἐστι *manifestus est, id est, apparet: uel neutro genere* δῆλόν ἐστι, *constat, certum est.* τοῦ πράγματος, *de hoc nostro negotio, nēpe de Pluto, & de cōmutata mea sorte.* ἀκήκοε, *perfectū Atticū ab* ἀκούω *audiuit pro intellexit, cōiecturis collegit, quod corporis est aīo tribuit.* ᾔσθηται, *resciuit, deprehēdit.* τῇ βαδίσει τοῦ τάχει, *pro* τῇ βαδίσει ταχινῇ, *incessu propero. Tale est, Pateris libamus et auro, pro pateris aureis. et, Chalybē frenosq; momordit. i. Chalybeos frenos.*

Δῆλός ἐστι.

ΒΛΕΨΙΔΗΜΟΣ.

τί ἂν οὖν τὸ πρᾶγμ' εἴη, πόθεν, καὶ τίνι τρόπῳ
Χρεμύλος πεπλούτηκ' ἐξαπίνης; οὐ πείθομαι.
καίτοι λόγος γ' ἦν, νὴ τὸν Ἡρακλέα, πολὺς
ἐπὶ τοῖσιν κουρείοισι τῶν καθημένων,
ὡς ἐξαπίνης ἀνὴρ γεγένηται πλούσιος.
ἔστιν δέ μοι τοῦτ' αὐτὸ θαυμαστόν, χ' ὅπως
χρηστόν τι πράττων, τοὺς φίλους μεταπέμπεται.
οὔκουν ἐπιχώριόν γε πρᾶγμ' ἐργάζεται.

BLEPSIDEMVS.

Quidnam, obsecrò, rei hoc fuerit? vnde, aut quanam ratione Chremylus ita repentè sibi diuitias parauit? ego isthuc nullo pacto assequor. Et tamen frequens hic sermo est, ac nulli eorum qui in tōstrinis desidēt, ignotus, quòd nimirū vir ille paucos ab hinc dies, rē supramodū auxerit suā. Aliud aūt subit, quod magis mirer: Quî fieri possit, vt cùm illi secūdæ res sint, velit veteres amicos iam in consortiū admittere. Nę ille mihi hæc in re facere videtur, quod à moribus patriis est alienissimū.

τί ἂν οὖν. *Blepsidemus hæc secum loquitur. Rationē inire nō potest, quomodo ille uitæ conditionē mutarit, ipse uerò in pristina calamitate permanserit, præsertim quum amplius ditescēdi causa in neutro maior uideatur.* τὸ πρᾶγμα. *hæ diuitiæ quid sibi uolunt?* ἐπὶ τοῖσιν, *in* τοῖς κουρείοις, *in officinis tonsorū in quas loquacissimi quiq; conueniūt,*

ubi desidentes otiosis fabulis tempus fallunt. Propterea Theophrastus dicebat τὰ κουρεῖα.i.tonstrinas esse ἄοινα συμπόσια, id est, symposia & compotationes sine uino: quòd illic homines loquacitate uelut temulenti reddantur. Tonstrinæ. *ἐστὶν δ' ἔ. Prudenter facere creduntur diuites, qui suas fortunas celant, propterea quod delatoribus & furibus obnoxij esse soleāt, unde fit ut ne amicorū quidē commercio frui amēt. Chremylus contrà facit: Plutum nactus, statim amicos accersit, suæ felicitatis & fortunarum socios ac participes futuros. Hanc rem ut insolentem, & cum Atheniensium moribus non conuenientem Blepsidemus demiratur.* χ'. *χ' pro καί. χρηστόν τι. Græcis χρηστὸν πράττει cui res ex animi sententia cedūt, εὐτυχῶν, ὁ εὖ καὶ καλῶς πράττων.* πράττειν. *Contrà cui res infeliciter cedit, κακὸν siue κακῶς πράττει & κακοτυχεῖ.* οὔκουν. *οὔκουν nequaquam, οὐκ. nam οὖν explet, accentumq; in præcedentem dictionem reijcit.*

ΧΡΕ. Ἀλλ' οὐδὲν ἀποκρύψας, ἐρῶ μὰ τοὺς θεούς,
ὦ Βλεψίδημ', ἄμεινον ἢ χθὲς πράττομεν.
ὥστε μετέχειν ἔξεστιν· εἶ γὰρ τῶν φίλων.
ΒΛΕ. γέγονας δ' ἀληθῶς, ὡς λέγουσι, πλούσιος;
ΧΡΕ. ἔσομαι μὲν οὖν αὐτίκα μάλ', ἢν θεὸς θέλῃ.
ἔνι γάρ τις ἔνι κίνδυνος ἐν τῷ πράγματι.
ΒΛΕ. ποῖός τις; ΧΡΕ. οἷος. ΒΛΕ. λέγ' ἀνύσας ὅ,τι φὴς ποτε.
ΧΡΕ. ἢν μὲν κατορθώσωμεν, εὖ πράττειν ἀεί·
ἢν δὲ σφαλῶμεν, ἐπιτετρίφθαι τοπαράπαν.

CHR. Agè Blepsideme, ego, per Deos immortales, id quod res est, sic tibi dicam, vt nihil quidquā simdissimulaturus. Præclarius nobiscum hodie agitur quā heri. Cuius rei te consciū propterea esse volo, quòd mihi vsque fueris amicus. BLEPS. Itáne habet quod vulgò de te dici audio? te scilicet omnino diuitem nuper esse factum? CHR. Ero dubio procul, idq; propediem, si Deus ita volet. Inest autem huic rei, inest inquā, haud mediocre periculum. BLEPS. Qualenā quæso? CH. Quale. BLEPS. Quod sentis, hoc tandē perge dicere.

CHR.

CHR. Si rectè, atque vt factũ oportet, nos fecerimus, perpetuò fortunati erimus: sin spe frustrati ab incœpto exciderimus, funditùs interimus.

ἀλλά. agè, ut de statu meo certior fias, nec rerum mearum ignarus à me discedas. ἐγῶ, præsens pro futuro: iam tibi dico. hoc modo cognoscitur ad dicendum propensa Chremyli uoluntas. μά. Si hunc locũ μὰ τοὺς θεοὺς, cũ illo, de quo antè μὰ δί', ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἐζόμεθά σου, cõferas, uidebis particulã, μὰ, modò negãdi, modò nõ negãdi uim habere, idq; ex seipsa, nã postposita affirmationi ut ναὶ μα, uel negationi, ut οὐ μὰ, si uel affirmabit, uel negabit, nihil fuerit miri. ἄμεινον, his uerbis significatur fortuna in melius commutata, χθὲς autem non tam heri, quàm quodcunque tempus præteritum notat: ut sit idẽ quod anteà. Qua ratione αὔριον cras, pro posthac leges. αὔριον ἔσται ἄμεινον, Postea nobis melius erit. ὥστε quia ex uoto res cesserunt. τῶν φίλων. s. εἷς, unus, uel præpositionem, ἐκ, quia unus es meorum amicorum, unus ex meis amicis, non autem ex eorum genere, quorum οὐδὲ λόγος, οὐδ' ἀριθμός, id est, nec ratio ulla habetur, nec numerus ullus. ἀληθῶς re uera, nõ falso rumore, qualis ferè est qui in tonstrinis exceptus in uulgus dissipatur. ἔσομαι. quamuis dixerit ἄμεινον ἢ χθὲς πράττομεν, non tamen continuò effutit rationem suarum diuitiarũ, sed perplexa oratione diu eum ludit, ἔσομαι, nondum ergo sum, deinde ἢν θεὸς θέλῃ necdum ergo uoluit. Postremò si quid habeo diuitiarum, non sine magno periculo retinere possum. Quibus uerbis Blepsidemo cogitandum relinquit, opes quas habet, furto, sacrilegio, aut malis artibus partas esse. ἔνι pro ἔνεστι, quod agitato capite profertur, & repetitur, quo certior res, & magis seria monstratur. τις, hîc magnitudinem notat: post ποῖος, abundat. οἷος. hæsitanter & cogitabũdè hoc effertur, quale: additurus quidpiam uidebatur, quale non tibi credatur, uel nulli unquam est auditũ, uel aliquid huiusmodi. Quoniam aũt cunctantior est Chremylus, propterea Blepsidemus eum urget, ὅ, τι φῄς, inquit, quod dicis, id est, dicere instituisti, λέγε ἀνύσας, dic perficiens, id est, perfice occœptum sermonem. εὖ πράττειν, bene agere. uerba hæc loco substantiui accipiuntur: εὐπραγία, uel εὐτυχία felicitas & rerum successus scilicet erit mihi semper. Sic ἀπολεῖσθαι perdi, loco nominis ἐπίτριψις, καὶ δυσπραγία, infelicitas, & miseria summa. Hæc eo dicuntur à Chremylo, quòd ueretur ne si quod sperat de Pluto, non consequetur, ab irato Ioue, ipse unà cum

μά.

χθές.

αὔριον.

Genitiuus.

Nomẽ subauditum.

ἔνι.

τις.

Infinitiuũ.

choro & reliquis consortibus pessimè perdatur.

ΒΛΕΨ. τουτὶ πονηρὸν φαίνεται τὸ φορτίον,
καί μ' οὐκ ἀρέσκει. τό, τε γὰρ ἐξαίφνης ἄγαν
οὕτως ὑπερπλουτεῖν· τό, τε αὖ δεδοικέναι,
πρὸς ἀνδρός οὐδὲν ὑγιὲς ἐστ' εἰργασμένου.
ΧΡΕ. πῶς δ' οὐδὲν ὑγιές; ΒΛΕΨ. εἴ τι κεκλοφὼς νὴ Δία
ἐκεῖθεν ἥκεις, ἀργύριον, ἢ χρυσίον
παρὰ τοῦ θεοῦ, κἄπειτ' ἴσως μεταμέλει.
ΧΡΕ. Ἄπολλον ἀποτρόπαιε· μὰ Δί', ἐγὼ μὲν οὔ.

BLEPS. Isthuc profectò miserum onus esse apparet, neq; me vllatenus iuuat. Ad hunc modum enim quàm citissimè ditissimũ euadere: deinde verò ob huiusmodi opes exhorrescere, et trepidare, hominis est qui nihil admisit boni. CHR. Quomodo autẽ nihil boni? BLEPS. Puta si illinc alicundè è sacro loco argentũ, aurúmue tu suffuratus fueris, & nunc fortasse te sceleris pœniteat admissi. CHR. Absit ô Apollo. Ego per Iouem nihil quidquam tale commisi.

τουτί, hoc. hæc tua solicitudo, & anxietas quæ præpedit quo minus mecum tutò loquaris, quæ peccanti tibi grande periculum proponit: hoc, inquam, non diuitiæ sunt, ut uulgus existimat, sed onus miserum, & quo tu miserè cruciaris. καί μ'. με accusatiuus est pro datiuo μοι Atticè *positus. τό, τε. τὸ, τοῦτο. hoc nempe admodum breui tempore ita ditescere. τό, τε αὖ hoc item, nempe δεδοικέναι, iugiter expauescere. hoc ergo utrunque, ἐστι πρὸς ἀνδρὸς, in hominem cadit qui nihil boni operatus sit. Est δεδοικέναι ab anormi δείδομαι εἰργασμένου ab ἐργάζομαι, qui fecit, faciundum suscepit. πῶς, quo sensu ais, repente qui diues factus est, & postea pauitat, fecit οὐδὲν ὑγιές; Interpretare nobis tuam mentem, & aliquo modo proba. κεκλοφὼς participium* Atticum *à κλέπτω. ἐκεῖθεν illinc. propinquũ aliquod templũ ostẽdit. παρὰ τοῦ θεοῦ. i. θεῶν ἀργύριον. Verbi gratia, inquit, si sacras ædes spoliasti, & sacrilegio ditatus es. Cui rei peragendæ nox unica tibi satis fuit. κἄπειτα, καὶ ἔπειτα. ἴσως.*

Accusatiuus.

δεδοικέναι.

quoniam non assueuerat rem ita habere, tantùm exempli causa meminit sacrilegij. ἀποτρόπαιον. *Sacrilegiũ detestatur, cuius criminis ne quãdo reus fiat, Apollinẽ implorat, quem ἀποτρόπαιον appellat, quo nomine Dij appellantur, qui ab hominibus diras, mala, & nocumenta, ἀποτρέπουσι. i. auertunt & amoliũtur, ἀλεξίκακοι etiam ea de re uocantur. Quibus opponuntur Dij προστρόπαιοι nocui & infesti, et παλαμναῖοι.* ἐγὼ μὲν οὔ. *s.* ἥκω κεκλοφώς, *seu* οὐ κέκλοφα.

ἀποτρόπαιος. ἀλεξίκακος. προστρόπαιος. παλαμναῖος.

βλεψ. παῦσαι φλυαρῶν ὦ 'γαθ', οἶδα γὰρ σαφῶς.
χρε. σὺ μηδὲν εἰς ἔμ' ὑπονόει τοιοῦτο. βλεψ. φεῦ.
ὡς οὐδὲν ἀτεχνῶς ὑγιές ἐστιν οὐδενός·
ἀλλ' εἰσὶ τοῦ κέρδους ἅπαντες ἥττονες.
χρε. οὔ τοι, μὰ τὴν Δήμητρ', ὑγιαίνειν μοι δοκεῖς.
βλεψ. ὡς πολὺ μεθέστηχ', ὧν πρότερον εἶχε, τρόπων.
χρε. μελαγχολᾷς ὤνθρωπε, νὴ τὸν οὐρανόν.
βλεψ. ἀλλ' οὐδὲ τὸ βλέμμ' αὐτὸ κατὰ χώραν ἔχει,
ἀλλ' ἔστιν ἐπίδηλόν τι πεπανουργηκότι.

BLEPS. Desine nugari, ô bone vir: noui ego hæc omnia satis. CHR. Opinionẽ istam velim à me prorsus amotã. BLEPS. Deus bone, vt nihil vsquã vsquequaque est perfectum! Omnes ad vnum, vt video, quæstui seruiunt & lucro. CHR. Tu, per Cererem, non satis mihi sanus videre. BLEPS. Quàm longè à pristinis excessit moribus! CHR. Per cœlum, mi homo, insanis. BLEPS. Quin aspectus etiam ipse irrequietus & inconstans, maleficium huius palàm arguit.

παῦσαι, *imperatiuum à* παύομαι, *cui participium* φλυαρῶν *additũ per infinitiuũ* φλυαρεῖν *cõmodè redditur.* ὦ 'γαθέ. ὦ ἀγαθέ. *Ironiam habet simulat enim se scire, unde Chremylo sint opes, ut ipsi, ceu conscio, Chremylus rem omnem promptius retegat.* ὑπονόει, *suspiceris, excogites.* τοιοῦτο, *rem meis moribus usqueadeo contrariam ut est sacrilegium, quod in me ingeris.* φεῦ, *uox hæc subsannationem quandam habet cum admiratione.* οὐδενός. *abundare uidetur*

Participiũ. φεῦ. οὐδὲν οὐδενός.

uidetur hic genitiuus, sed non caret sua ui, sonat quasi dicas, ut nihil cuiusquam rei, id est, nulla omnino res, ut nihil quidquam. Postea quàm hic, quem ego semper hactenus probum uirum esse putaui, fallax est, & uersutus, meritò credam nullum amplius uirtuti & probitati relictum locum. Criminibus falsis Blepsidemus conatur eruere rationem qua diues factus sit Chremylus, nam uidet quo animo ille hæc obijciat, propterea æquanimitatem seruat, & probra patienter refellit obiecta.

Ἥττων. — *ἥττονες τοῦ κέρδους lucro inferiores, quales sunt qui per auaritiam usum pecuniarum nesciunt. Qui pecunijs commodè, et ut oportet utitur, illis imperat, illis est superior. Qui uti nescit, illis seruit, et inferior est. μεθέστηχ' pro μεθέστηκε, perfectum medium à μεθεστήκομαι, recedo ab aliqua re. ut antiquos mores procul ablegauit qui nunc tam ueterator est, quàm olim candidus fuit.*

Casus. — *ὧν pro οὓς relatiuum sequitur casum antecedentis Attica constructione. ἐπὶ χώραν, in uno loco. ut uultus est imago animi, ita oculi sunt indices. Propterea dicunt animum in oculis habitare, in illisq; peculiarem animi sedem esse, ex oculis enim, mentis uel leuitatem, uel constantiam, iram,*

Oculus. — *fastum, mansuetudinem, in summa sicne an sic afficiamur posse colligi. Obijcit ergo Blepsidemus Chremylo, quod nunc uersutior factus quã olim fuisset, non ita ut quondam placidis sit oculis, sed mobilibus, & huc illuc circunspectantibus, quo uult probatum, mentem Chremyli sic ad alios fallendos uersatilem esse & ad omne genus imposturæ excogitandum accommodam. ἐπίδηλον. oculus est persimilis ueteratori, id est prorsus qualis solet esse ueteratori: te improbum manifestè notat tuus aspectus, præ se fert nescio quid, quo te perperam aliquid fecisse liquidò constat.*

χρε. σὺ μὲν οἶδ' ὃ κρώζεις· ὡς ἐμοῦ τι κεκλοφότος
ζητεῖς μεταλαβεῖν. βλεψ. μεταλαβεῖν ζητῶ; τίνος;
χρε. τὸ δ' ἐστὶν οὐ τοιοῦτον, ἀλλ' ἑτέρως ἔχον.
βλεψ. μῶν οὐ κέκλοφας, ἀλλ' ἥρπακας; χρ. κακοδαιμονᾷς.
βλεψ. ἀλλ' οὐδὲ μὴν ἀπεστέρηκάς γ' οὐδένα;
χρε. οὐ δῆτ' ἔγωγ'. βλεψ. ὦ Ἡράκλεις, φέρε, ποῖ τις ἂν
τράποιτο; τἀληθὲς γὰρ οὐκ ἐθέλεις φράσαι.
χρε. κατηγορεῖς γὰρ πρὶν μαθεῖν τὸ πρᾶγμά μου.

CHR. Quid tu crocites intelligo: vis ergo vt si quid
furto

furto inuolarim,tu partem feras. BLEPS. Ego vt partem feram? cuiusnam rei? CHR. Quod ago huiusmodi non est,longè verò aliter habet. BLEPS. An nõ es furatus,sed rapuisti? CHR. Genius quispiam malus, credo,te agit. BLEPS. Neque quemquam sua re fraudasti? CH. Nõ ego certè. BLE. O Dii superi,age age, quò enim quis se tandẽ vertat, quando te ita obfirmasti,vt verum fateri non lubeat? CHR. Tu me anteà sanè damnas,quàm pernoris,quî se res habeat mea.

κρώζεις. uerbum κρώζειν, significat κράζειν ὡς κορώνη, ἢ κόραξ, id est, uocem ædere,qualis est cornicum, uel coruorum. ubi ad cornices refertur, significat ineptè garrire: cornicari Latini dicunt. Ad coruos si referas,est prædæ inhiare, Latini crocitare à uoce coruorum cro,cro,cro,ut Græci κρώζειν effinxerunt. Chremylus Blepsidemum cum coruo confert qui in partem prædæ uenire laborat. κρώζειν. Cornicari. Crocitare.

ὡς ἐμοῦ. quasi ego sim furatus aliquid. τινός. Genitiuus hic pendet à μεταλαμβάνω,quod genitiuo iungitur,ut ferè fit ubi nõ totum,sed pars tantùm significatur. τόδ'. hoc,hæ opes quas audisti mihi esse, non sunt ut dicis, non sunt scilicet sacrilegio paratæ. Genitiuus.

ἔχων.ἐστί. est habẽs,id est,ἔχει.alia ratione diues fiam quàm dicas. ἥρπακας.Hoc nimis festiuè dictum. Dum obiectum uitiũ fingit se corrigere,alterum subijcit, & ingerit quod est priori deterius: raptor enim qui rem alienam tollit ui,nocentior est fure, qui clam aufert. Non abludit hinc quod uulgò dicitur in edaciores: Non edis, sed deuoras. κακοδαιμονᾷς.ut Blepsidemus uitia maiora intendere studet,ita & Chremylus eum grauioribus conuitijs insectatur. Leue non est conuitium,οὐχ ὑγιαίνειν μοι δοκεῖς. Peius autẽ est, μελαγχολᾷς. Omnium autem teterrimum est κακοδαιμονᾷς,id est,cacodæmone agitaris. Dixerunt cocodæmones esse spiritus malos,ab iusticia & æquitate alienos,nocere paratos,et qui impias hominũ mẽtes transuersas agere unicè affectent. ἀλλ' οὐδ' ἐμοῦ. sed an non γε. γε, saltem,id est si neq; sacrilegio,neque furto,neque rapina opes tibi parasti,an non saltem fraude aliqua & dolo cuiuspiam bona tibi quæsisti? ὦ ἥρακλεις. Exclamat præ indignatione, quòd mentem Chremyli non assequatur,mox quasi despondeit animũ,subdit φέρε, quod est,ipse dic si lubet: posthac certum est nihil diuinare. ποῖ.quò, in quam partẽ quis uertatur,id est,quis alias uias promptè ditescẽdi Raptor. Fur. Cacodæmones. φέρε.

comminiſcatur? ipſe enim ſibi in animum inducere nequit, bona Chremyli ex hæreditate aliqua, donatione, aut arte quapiam lucroſa, tantillo tempore facta fuiſſe auctiora. ξάπιτο ἀ τρέπομαι eſt: *&* τἀληθὲς *pro* τὸ ἀληθὲς *ponitur.*

ΒΛΕΨ. ὦ ταῦ, ἐγώ σοι τοῦτ' ἀπὸ σμικροῦ πάνυ
ἐθέλω διαπρᾶξαι πρὶν πυθέσθαι τὴν πόλιν,
τὸ στόμ' ἐπιβύσας κέρμασι τῶν ῥητόρων.
ΧΡΕ. καὶ μὴν φίλος γ' ἄν μοι δοκῇς νὴ τοὺς θεούς,
τρεῖς μνᾶς ἀναλώσας γε λογίσασθαι δώδεκα.

BLEPS. Negotium hoc, ô præclare, ſumptu perexiguo tibi effectum dabo, prius quàm ciuibus innoteſcat, ore ſcilicet rhetorum pecunia obturato. CHR. At qui tu hercle is mihi videris amicus, qui ſi tres minas expoſueris, repetiturus ſis duodecim.

Rhetores.

τοῦτο, *hoc tuum crimen diluam, qualecunque, ac quantūcunq; fuerit; ob hocq; non traduceris, neque malè audies apud ciues. Ad rhetorem enim illum ueniam, qui contrà te dicturus eſt, & uerborum lenocinio tuum flagitium exaggeraturus: is, ubi puſillum pecuniæ numeraro, non modò ſcelus tuum extenuabit, ſed ubi te innocentiſſimū probarit, aduerſario tuo, atque adeò cunctis ciuibus, æternum imponet ſilentium. Celebre eſt, neque extra rem, quod de Demoſthene traditur. Is cùm in concione a·riter Mileſiorum legatis reſtitiſſet, ac in poſterū diem cauſa reiecta eſſet, per noctē legati eum adiere, magnopere rogantes ne poſtridie contra ſe diceret, quod impetrarunt, tradita illi pecunia, quantam petiuerat. Proſtridie ergo uenit Demoſthenes in concionem, collo multa lana circumducto,* συνάγχην, *id eſt, anginam ſe pati fingens, propterea ſpiritibus coartatis, dicere ſe non poſſe innuens. Aderat tum non inſcitus uir, quem ſimulatio non fefellerat, qui exclamauit Demoſthenem non* συνάγχην *ſed* ἀργυράγχην, *id eſt non anginam, ſed argentanginam pati, ſilentium eius argento redemptū ſignificans.* πυθέσθαι ἀ πυνθάνομαι. *prius quàm reſciſcat urbs, id eſt, ciues: ita enim rhetor ſciet crimen arte diſſimulare, ut nemo ciuium crediturus ſit, te illius reum eſſe.* φίλος. *Quoniam dictum erat* ὦ ταῦ. *Sentio hanc tuam amicitiam fictā. Si enim mea cauſa tres*

Demoſthenes.

συνάγχη. ἀργυράγχη. πυθέσθαι.

libras insumpseris, in libris rationum duodecim computabis.

ΒΛΕΨ. ὁρῶ τιν' ἐπὶ τοῦ βήματος καθεδούμενον,
ἱκετηρίαν ἔχοντα μετὰ τῶν παιδίων,
καὶ τῆς γυναικός, κοὐ διοίσοντ' ἄντικρυς
τῶν Ἡρακλειδῶν οὐδ' ὁτιοῦν τῶν Παμφίλου.

BLEPS. Virum ego mihi videre videor, qui ad tribunal cum liberis & vxore sedebit supplex, quique à Pamphilianis Heraclidis, si inter se conferentur, ne tantillum quidem differat.

ὁρῶ. *Deterret Chremylum à minis iudiciorum, à calamitate quæ ipsi, liberis eius & uxori impendeat: si in ius uocatus ab eo, cuius rem occupat, cogetur ob delictū pœnas dare,* ὁρῶ, *ita certus sum de eo quod tibi imminet, ut non dubitem affirmare illud iā me uidere.* τινα. *Eurystheus Herculi uiuo infestus semper fuit, & inimicus summus. Mortuo Hercule Heraclidas, id est, liberos Herculis, & qui à partibus illius steterant, pertinacißimè est insectatus: cuius sæuitiam cum neque ferre, neque repellere posse se agnoscerent, tandem ad Athenienses opis gratia supplices uenerunt. Chærephon tragicus poëta horum miseriam postea carmine descripsit. Deinde Pamphilus insignis pictor in Stoa, porticu Atheniensium, mirè expreßit. Ait ergo Blepsidemus se propediem simile quiddam uisurum in Chremylo, uxore, & liberis eius: fore enim breui, ut hi omnes ob surreptas opes in ius pertrahantur, coramq; senatu tam calamitosi uideantur, quàm Heraclidæ quondam fuere.* τινα, *unum aliquem: non nominat, quoniam putat Chremylum satis intellecturum, hoc de se, & de suis dici.* καθεδούμενον, *participium futuri posterioris à* καθέζομαι. *Etiamnum obseruatur, ut rei coram senatu sedeant nudato capite.* ἱκετηρίαν, *hiceteria, quæ & hicteria per syncopen dicitur, ramus est oliuæ, quem gestabant supplices, unde oliua arbor supplex appellari solet: ducta uox est ab* ἱκετεύω, *supplico.* διοίσονται, *futurum est à* διαφέρομαι, *quod genitiuum poscit.* ὁτιοῦν, *quodlibet, quantumuis modicum.* τῶν Παμφίλου, *qui fuerunt Pamphili, id est, quorum historiam Pamphilus depinxit.* τῶν ὑπὸ Παμφίλου γεγραμμένων.

Eurystheus. Heraclidæ. Chærephō. Pamphilus. Stoa. καθεδούμενος. ἱκετηρία. Oliua. ὁτιοῦν.

χρε. οὐκ ὦ κακόδαιμον, ἀλλὰ τοὺς χρηστοὺς μόνους
ἔγωγε, καὶ τοὺς δεξίους, καὶ σώφρονας
ἄπαρτι πλουτῆσαι ποιήσω. βλεψ. τί σὺ λέγεις;
οὕτω πάνυ πολλὰ κέκλοφας; χρε. οἴμοι τῶν κακῶν·
ἀπολεῖς. βλεψ. σὺ μὲν οὖν σαυτόν, ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖς.
χρε. οὐ δῆτ'. ἐπεὶ τὸν πλοῦτον, ὦ μοχθηρὲ σύ,
ἔχω. βλ. σὺ πλοῦτον; ποῖον; χρ. αὐτὸν τὸν θεόν. βλ. καὶ ποῦ 'στιν;
χρε. ἔνδον. βλεψ. ποῦ; χρε. παρ' ἐμοί. βλ. παρὰ σοί; χρε. πάνυ.
βλε. οὐκ ἐς κόρακας; πλοῦτος παρὰ σοί; χρ. νὴ τοὺς θεούς.
βλεψ. λέγεις ἀληθῆ; χρ. φημί. βλεψ. πρὸς τῆς ἑστίας;
χρε. νὴ τὸν ποσειδῶ. βλεψ. τὸν θαλάσσιον λέγεις;
χρε. εἰ δ' ἔστιν ἕτερός τις ποσειδῶν, τὸν ἕτερον.

CHR. Nihil huiuſcemodi, vir impuriſsime, continget mihi. At ego is ſum, qui bonos tantùm, induſtrios, & modeſtos affatim ditabo. BLE. Quid tu ais? Adeóne multa es furatus. CHR. Proh nefas. Tu me enecas. BLE. Imò tu teipſum, quantum quidem mihi videre licet. CHR. Rem non rectè accipis. Ego, heus tu ſcelerate, Plutum habeo. BLE. Tu Plutum? quemnam obſecro? CHR. Ipſum Deum. BLE. Vbinam ille? CHR. Intus. BLE. Vbi intus? CHR. Apud me. BLE. Apud te autem? CHR. Omnino. BLE. Abi in malam rem. Plutus apud te? CHR. Superos omnes teſtor. BLE. Vera narres haud ſatis ſcio. CHR. Narro ergo. BL. Per Veſtam? CH. Per Neptunum. BL. Marinum dicis? CHR. Siquidem alter eſt, per alterum illum.

κακοδαί-μων.

κακόδαιμον. Vir diris, & intemperijs uexate, in cuius animũ id demum cadit, quod abominandum eſt, & uiris bono genio præditis auerſandum. ἀλλά. *Tantum abeſt, aliena rapiam, ut alijs etiam ego bona ſim largiturus.* μόνους, *ſolos bonos (ne putes mihi commercium ullum cum malis fuiſſe) & rebus gerendis idoneos, non ignauos: & mode-*

& modestos, ac cordatos, non stupidos, et qui nullo iudicio sua profundunt: homines frugi, studiosos, & uirtutis amantes. ὄιμοι τῶν κακῶν, ô scelera. abhorret à furto. Obtundis me, nec est ut te, uerba de flagitijs tantis tam præpostere facientē diutius sustineā. σεαυτόν. non ego te perdo flagitia tua commemorans, sed tu teipsum destruis, qui ea committis: furem enim esse te credam oportet, cui cū paulò antè pauperrimus esses, nunc ita suppetant opes, ut alios efficere poßis diuites. ὦ μοχθηρὲ σύ. Obseruent pueri σὺ pronomen uocatiuum habere ὦ σὺ, aduersus Grammaticorū regulam. κλητικὰς, inquiunt, αἱ πρωτότυποι ἀντωνυμίαι οὐκ ἔχουσι, id est, Pronomina primitiua uocatiuos non habeat. ὁποῖον. Indefinita est hæc dictio suapte natura, hîc autem o abundat, estq; ὁποῖον, ποῖον, ὅντινα. αὐτὸν, notat excellentiam, & certitudinem, illum ipsum magnum Deum nomine Plutum. ποῦ 'στιν. synæresis Attica pro ποῦ ἐστιν. οὐκ ἐς κόρακας; an non ad coruos, subaudi uerbum πορεύσῃ, ἀπελεύσῃ, πέμψῃ, perges, ibis, mitteris, aut aliud quod conueniat. Quibus Græci precantur exitium, iubent eos ad coruos abire, ut sit, uade ad coruos, facesse hinc inauspicatò, malè pereas. φθεῖρου. Huius rei alij aliam adferunt causam. Locum fuisse apud Aeoles Arnam incolentes, nomine κόρακες, id est, corui, in quem locum maleficos relegabant. Alij locum huius nominis in Thessalia fuisse contendunt, in quem nocentes dabātur præcipites. Sunt qui hoc referant ad uolatum coruorum: quoniam enim in desertis uolitare consueuerunt, uolunt ad coruos illi esse eundum, quem intelligunt in extremas solitudines publicitus deportandum. Quid si coruos pro cruce & patibulo nos accipiamus? nam cum minamur cuipiam, futurum, ut uitam suspendio finiat, dicere solemus, Tu coruos in cruce pasces. Quò respiciebat Diogenes Cynicus cum diceret, κρεῖττον εἶναι ἐς κόρακας ἀπελθεῖν, ἢ ἐς κόλακας, id est, Satius esse ad coruos deuenire, quàm ad assentatores, propterea quòd corui improbos homines tantùm, & eosdem mortuos insectantur, adulatores uerò bonos deuorant, uiuos etiam. ἀληθοῦ. post insigne iusiurandum, incipit nonnihil fidei habere. ἑστίας. Quoniam Chremylus in genere iurauit, νὴ τοὺς θεοὺς, ne de obscurioribus Dijs tantummodo iurasse putetur, Blepsidemus in specie eum iurare uult iureiurādo sanctiore proposito. adstringi ergo eum uult per Vestam, Deam apud priscos in tanta ueneratione habitam, ut qui ei sacra non faceret, ἀνέστιος, quē pro impio & iniusto accipiebant, diceretur. Græci omnia sua sacrificia ab hac auspicati, in eandem desinebant. Tantum fuit hoc numen, ut Pausanias dixerit, θύουσι δὲ ἑστίᾳ μὲν πρώτῃ, δευτέρῳ δὲ ὀλυμπίῳ

ὦ σύ.

ὁποῖος.

αὐτός.

ποῦ 'στιν.

Ad coruos.

κόρακες.

Vesta.

ἀνέστιος.

πίῳ

me tibi opitulatorem adesse indubitanter credes. Si in concione de re nihili subinde conflictamur, an nō grauiter ferendum mihi esset, vlli mortalium permittere, vt Plutū ipsum nobis præriperet? C H. At enim ecce video & Blepsidemū huc accedere. Mirum ni de citatiore vestro gradu, & festinatione hāc rē est subodoratus.

θάῤῥει.

Θάῤῥει, imperatiuum à θαῤῥέω, confido, audacior fio. Quoniam Chremylus choro indicauerat se nonnihil dubitare cùm dixit ὅπως δέ μοι &c. idcirco chorus eum confirmans hoc uerbo, iubet ut animo sit hac in re otioso, in seruando enim Pluto auxiliatorem strenuū se futurum, & acerrimum tutatorem. βλέπειν γάρ. Si κτλ λέξιν hoc reddere lubet, dices: Palam existimabis me Martem uidere, id est, dices me illis præditum oculis quales Marti tribuuntur, tetro uultu meo & minaci, animi ardorem, truculentiam, tumultum & bellum præ me feram, ut sola specie, & ipso uultu quem repræsentabo, quoscunq; abs te facilè sim propulsaturus. legunt nonnulli pro δόξεις ἄρη, δόξῃς ἄρην, quæ Attica sunt, nam pro ει Attici ponunt η, proq; ἄρης ἄρεος, dicunt ἄρης, ἄρου. δεινὸν. s. εἴη graue fuerit, & non ferendum.

Marte uidere.

τριώβολον.

τριωβόλου, ob rem nullius pretij, pro re uilissima & uix triobolo digna. ὠστιζόμεσθα, pro ὠστιζόμεθα. hoc modo primam personam pluralem uerborum in μαι prisci Attici proferebāt, qui mos Ionibus postea fuit familiarissimus. ὠστίζεσθαι autem, siue ὠθίζεσθαι, plebs dicebatur, quando in concilium & conuentum uocata discrepabat, altercatione turbulenta conflictabatur: huiusmodi porrò, id est uulgi & plebis miscellaneæ ἐκκλησία, concio & congregatio, διάκλησις uocabatur, quomodo consulū cœtus σύγκλησις. Per aphæresin 'κκλησία pro ἐκκλησία effertur. αὐτὸν, ipsum Plutum, id est, solidas opes quales Plutus suis largitur. παρίημι ἀπάρειμι sino et permitto, cōcedo. τῳ, τινὶ, alicui. καὶ βλεψίδημον, καὶ præterea, præter nos à me uocatos ecce qui ultro etiam ad nos uenit. In hac comœdia tria sunt ab Aristophane conficta nomina βλεψίδημος, χρεμύλος & καρίων. Blepsidemus quasi ὁ βλέπων εἰς τὸν δῆμον, uir pauper qui oculos conuertit et iactat in populum unde auxilium sperat: proinde ad Chremylum quondam æqualem suum, nunc diuitem factum inuocatus etiam uenit χρεμύλος ἀπὸ τοῦ χρέος debitum, & αἱμύλλω τὸ ἀπατῶ decipio, quasi qui præ inopia cogatur suos creditores fallere nō soluēdo quod debet. Quod ad Carionē attinet, nulli dubiū quin à Caribus nomē ductū sit, qui seruili fuisse ingenio dicūtur, parati

ὠστίζεσθαι.

ἐκκλησία.

διάκλησις

σύγκλησις

τῳ.

Blepsidemus.

Chremylus

Carion.

Cares.

quiduis

quiduis malorum pati mercede proposita. Propterea Aristophanes alibi ait, εἰ δὲ δοῦλός ἐστι, καὶ κάρ. id est, Quod si seruus est, & Car. δῆλός ἐστι manifestus est, id est, apparet: uel neutro genere δῆλόν ἐστι, constat, certum est. τοῦ πράγματος, *de hoc nostro negotio, nẽpe de Pluto, & de cõmutata mea sorte.* ἀκήκοε, *perfectũ Atticũ ab* ἀκούω *audiuit pro intellexit, cõiecturis collegit, quod corporis est aio tribuit.* ᾔσθηται, *resciuit, deprehẽdit.* τῇ βαδίσει καὶ τῷ τάχει, *pro* τῇ βαδίσει ταχινῇ, *incessu propero. Tale est, Pateris libamus et auro, pro pateris aureis. et, Chalybẽ frenosq; momordit. i. Chalybeos frenos.*

Δῆλός ἐστι.

ΒΛΕΨΙΔΗΜΟΣ.

τί ἂν τὸ πρᾶγμ' εἴη, πόθεν, καὶ τίνι τρόπῳ
Χρεμύλος πεπλούτηκ' ἐξαπίνης; οὐ πείθομαι.
καίτοι λόγος γ' ἦν, νὴ τὸν Ἡρακλέα, πολὺς
ἐπὶ τοῖσιν κουρείοισι τῶν καθημένων,
ὡς ἐξαπίνης ἀνὴρ γεγένηται πλούσιος.
ἔστιν δέ μοι τοῦτ' αὐτὸ θαυμαστὸν, ὅπως
χρηστόν τι πράττων, τοὺς φίλους μεταπέμπεται.
οὔκουν ἐπιχώριόν γε πρᾶγμ' ἐργάζεται.

BLEPSIDEMVS.

Quidnam, obsecrò, rei hoc fuerit? vnde, aut quanam ratione Chremylus ita repentè sibi diuitias parauit? ego isthuc nullo pacto assequor. Et tamen frequens hic sermo est, ac nulli eorum qui in tõstrinis desidẽt, ignotus, quòd nimirũ vir ille paucos ab hinc dies, rẽ supramodũ auxerit suã. Aliud aũt subit, quod magis mirer: Quî fieri possit, vt cùm illi secũdæ res sint, velit veteres amicos iam in consortiũ admittere. Nę ille mihi hac in re facere videtur, quod à moribus patriis est alienissimũ.

τί ἂν οὖν. *Blepsidemus hæc secum loquitur. Rationẽ inire nõ potest, quomodo ille uitæ conditionẽ mutarit, ipse uerò in pristina calamitate permanserit, præsertim quum amplius ditescẽdi causa in neutro maior uideatur.* τὸ πρᾶγμα. *hæ diuitiæ quid sibi uolunt?* ἐπὶ τοῖσιν, *ὧν* τοῖς κουρείοις, *in officinis tonsorũ in quas loquacißimi quiq; conueniũt,*

ubi desidentes otiosis fabulis tempus fallunt. Propterea Theophrastus dicebat τὰ κουρεῖα. *i. tonstrinas esse* ἄοινα συμπόσια, *id est, symposia & compotationes sine uino: quòd illic homines loquacitate uelut temulenti reddantur.* ἔστιν δέ. *Prudenter facere creduntur diuites, qui suas fortunas celant, propterea quod delatoribus & furibus obnoxij esse soleāt, unde fit ut ne amicorū quidē commercio frui amēt. Chremylus contrà facit: Plutum nactus, statim amicos accersit, suæ felicitatis & fortunarum socios ac participes futuros. Hanc rem ut insolentem, & cum Atheniensium moribus non conuenientem Blepsidemus demiratur.* χ' *pro* καί. χρυσόν τι. *Græcis* χρυσὸν πράττει *cui res ex animi sententia cedūt,* εὐτυχῶν, ὁ εὖ καὶ καλῶς πράττων. *Contrà cui res infeliciter cedit,* κακὸν *siue* κακῶς πράττει *&* κακοτυχεῖ. οὔκουν *nequaquam,* οὐκ. *nam* οὖν *explet, accentumq; in præcedentem dictionem reijcit.*

Tonstrinæ.

χ'.

πράττειν.

οὔκουν.

ΧΡΕ. Ἀλλ' οὐδὲν ἀποκρύψας, ὀμνύω μὰ τοὺς θεούς,
ὦ Βλεψίδημ', ἄμεινον ἢ χθὲς πράττομεν.
ὥστε μετέχειν ἔξεστιν· εἶ γὰρ τῶν φίλων.
ΒΛΕΨ. Γέγονας δ' ἀληθῶς, ὡς λέγουσι, πλούσιος;
ΧΡΕ. Ἔσομαι μὲν οὖν αὐτίκα μάλ', ἢν θεὸς θέλῃ.
Ἔνι γάρ τις ἔνι κίνδυνος ἐν τῷ πράγματι.
ΒΛΕΨ. Ποῖός τις; ΧΡΕ. Οἷος. ΒΛΕΨ. Λέγ' ἀνύσας ὅ,τι φὴς ποτέ.
ΧΡΕ. Ἢν μὲν κατορθώσωμεν, εὖ πράττειν ἀεί·
ἢν δὲ σφαλῶμεν, ἐπιτετρῖφθαι τοπαράπαν.

CHR. Agè Blepsideme, ego, per Deos immortales, id quod res est, sic tibi dicam, vt nihil quidquā sim dissimulaturus. Præclarius nobiscum hodie agitur quā heri. Cuius rei te consciū propterea esse volo, quòd mihi vsque fueris amicus. BLEPS. Itáne habet quod vulgò de te dici audio? te scilicet omnino diuitem nuper esse factum? CHR. Ero dubio procul, idq; propediem, si Deus ita volet. Inest autem huic rei, inest inquā, haud mediocre periculum. BLEPS. Qualenā quæso? CH. Quale. BLEPS. Quod sentis, hoc tandē perge dicere.

CHR.

CHR. Si rectè, atque vt factũ oportet, nos fecerimus, perpetuò fortunati erimus: sin spe frustrati ab incœpto exciderimus, funditùs interĩmus.

ἀλλά. agè, ut de statu meo certior fias, nec rerum mearum ignarus à me discedas. ἐρῶ, præsens pro futuro: iam tibi dico. hoc modo cognoscitur ad dicendum propensa Chremyli uoluntas. μά. Si hunc locũ μὰ τοὺς θεοὺς, cũ illo, de quo antè μὰ Δί', ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἐχόμεθά σου, cõferas, uidebis particulã, μὰ, modò negãdi, modò nõ negãdi uim habere, idq; ex seipsa, nã postposita affirmationi ut ναὶ μα, uel negationi, ut οὐ μὰ, si uel affirmabit, uel negabit, nihil fuerit miri. ἄμεινον, his uerbis significatur fortuna in melius commutata, χθὲς autem non tam heri, quàm quodcunque tempus præteritum notat: ut sit idẽ quod anteà. Qua ratione αὔριον cras, pro posthac leges. αὔριον ἔσται ἄμεινον, Postea nobis melius erit. ὥστε quia ex uoto res cesserunt. τῶν φίλων. s. εἷς, unus, uel præpositionem, ἐκ, quia unus es meorum amicorum, unus ex meis amicis, non autem ex eorum genere, quorum οὐδὲ λόγος, οὐδ' ἀριθμός, id est, nec ratio ulla habetur, nec numerus ullus. ἀληθῶς re uera, nõ falso rumore, qualis ferè est qui in tonstrinis exceptus in uulgus dißipatur. ἔσομαι. quamuis dixerit ἄμεινον ἢ χθὲς πράττομεν, non tamen continuò effutit rationem suarum diuitiarũ, sed perplexa oratione diu cum ludit, ἔσομαι, nondum ergo sum, deinde ἢν θεὸς θέλῃ needum ergo uoluit. Postremò si quid habeo diuitiarum, non sine magno periculo retinere possum. Quibus uerbis Blepsidemo cogitandum relinquit, opes quas habet, furto, sacrilegio, aut malis artibus partas esse. ἔνι pro ἔνεστι, quod agitato capite profertur, & repetitur, quo certior res, & magis seria monstratur. τις, hîc magnitudinem notat: post ποῖος, abundat. οἷος. hæsitanter & cogitabũdè hoc effertur, quale: additurus quidpiam uidebatur, quale non tibi credatur, uel nulli unquam est auditũ, uel aliquid huiusmodi. Quoniam aũt cunctantior est Chremylus, propterea Blepsidemus eum urget, ὅ, τι φῄς, inquit, quod dicis, id est, dicere instituisti, λέγε ἀνύσας, dic perficiens, id est, perfice occœptum sermonem. εὖ πράττειν, bene agere. uerba hæc loco substantiui accipiuntur: εὐπραγία, uel εὐτυχία felicitas & rerum succeßus scilicet erit in his semper. Sic ἐπιτετρίφθαι perdi, loco nominis ἐπιτριψις, καὶ δυσπραγία, infelicitas, & miseria summa. Hæc eo dicuntur à Chremylo, quòd ueretur ne si quod sperat de Pluto, non consequetur, ab irato Ioue, ipse unà cum

μά.

χθές.

αὔριον.

Genitiuus. Nomẽ subauditum.

ἔνι.

τις.

Infinitiuũ.

choro & reliquis consortibus pessimè perdatur.

Βλεψ. τοὐτὶ πονηρὸν φαίνεται τὸ φορτίον,
καί μ' οὐκ ἀρέσκει. τό, τε γὰρ ἐξαίφνης ἄγαν
οὕτως ὑπερπλουτεῖν· τό, τε αὖ δεδοικέναι,
πρὸς ἀνδρὸς οὐδὲν ὑγιὲς ἐστ' εἰργασμένου.
Χρε. πῶς δ' οὐδὲν ὑγιές; Βλεψ. εἴ τι κεκλοφὼς νὴ Δία
ἐκεῖθεν ἥκεις, ἀργύριον, ἢ χρυσίον
παρὰ τοῦ θεοῦ, κἄπειτ' ἴσως μεταμέλει.
Χρε. Ἄπολλον ἀποτρόπαιε· μὰ Δί', ἐγὼ μὲν οὔ.

BLEPS. Isthuc profectò miserum onus esse apparet, neq; me vllatenus iuuat. Ad hunc modum enim quàm citissimè ditissimũ euadere: deinde verò ob huiusmodi opes exhorrescere, et trepidare, hominis est qui nihil admisit boni. CHR. Quomodo auté nihil boni? BLEPS. Puta si illinc alicundè è sacro loco argentũ, aurúmue tu suffuratus fueris, & nunc fortasse te sceleris pœniteat admissi. CHR. Absit ô Apollo. Ego per Iouem nihil quidquam tale commisi.

τουτὶ, hoc. hæc tua solicitudo, & anxietas quæ præpedit quo minus mecum tutò loquaris, quæ peccanti tibi grande periculum proponit: hoc, inquam, non diuitiæ sunt, ut uulgus existimat, sed onus miserum, & quo tu miserè cruciaris. καί μ᾽. με *accusatiuus est pro datiuo* μοι *Atticè positus.* τό, τε. τὸ, τοῦτο. *hoc nempe admodum breui tempore ita ditescere.* τό, τε αὖ *hoc item, nempe* δεδοικέναι, *iugiter expauescere. hoc ergo utrunque,* ἐστι πρὸς ἀνδρὸς, *in hominem cadit qui nihil boni operatus sit. Est* δεδοικέναι *ab anormi* δείδομαι
εἰργασμένου *ab* ἐργάζομαι, *qui fecit, faciundum suscepit.* πῶς, *quo sensu ais, repente qui diues factus est, & postea pauitat, fecit* οὐδὲν ὑγιές; *Interpretare nobis tuam mentem, & aliquo modo proba.* κεκλοφὼς *participium Atticum à* κλέπτω. ἐκεῖθεν *illinc. propinquũ aliquod templũ ostẽdit.* παρὰ τοῦ θεοῦ. *i.* θεῶν ἀργύριον. *Verbi gratia, inquit, si sacras ædes spoliasti, & sacrilegio ditatus es. Cui rei peragendæ nox unica tibi satis fuit.* κἄπειτα, καὶ ἔπειτα. ἴσως.

Accusatiuus.

δεδοικέναι.

quoniam

quoniam non asseuerat rem ita habere, tantùm exempli causa meminit sacrilegij. ἀπόλλον. *Sacrilegiũ detestatur, cuius crimine ne quãdo reus fiat, Apollinẽ implorat, quem ἀποτρόπαιον appellat, quo nomine Dij appellantur, qui ab hominibus diras, mala, & nocumenta, ἀποτρέπουσι. i. auertunt & amoliũtur, ἀλεξίκακοι etiam ea de re uocantur. Quibus opponuntur Dij προστρόπαιοι nocui & infesti, et παλαμναῖοι.* ἐγὼ μὲν οὐ. *i.* ἥκω κεκλοφώς, *seu* οὐ κέκλοφα.

ἀποτρόπαιος. ἀλεξίκακος. προστρόπαιος. παλαμναῖος.

βλεψ. παῦσαι φλυαρῶν ὦ 'γαθ', οἶδα γὰρ σαφῶς.
χρε. Σὺ μηδὲν εἰς ἔμ' ὑπονόει τοιοῦτο. βλεψ. φεῦ.
ὡς οὐδὲν ἀτεχνῶς ὑγιές ἐστιν οὐδενός·
ἀλλ' εἰσὶ τοῦ κέρδους ἅπαντες ἥττονες.
χρε. οὔ τοι, μὰ τὴν Δήμητρ', ὑγιαίνειν μοι δοκεῖς.
βλεψ. ὡς πολὺ μεθέστηχ', ὧν πρότερον εἶχε, τρόπων.
χρε. Μελαγχολᾷς ὤνθρωπε, νὴ τὸν οὐρανόν.
βλεψ. ἀλλ' οὐδὲ τὸ βλέμμ' αὐτὸ κατὰ χώραν ἔχει,
ἀλλ' ἐστὶν ἐπίδηλόν τι πεπανουργηκότι.

BLEPS. Desine nugari, ô bone vir: noui ego hæc omnia satis. CHR. Opinionẽ istam velim à me prorsus amotã. BLEPS. Deus bone, vt nihil vsquã vsquequaque est perfectum! Omnes ad vnum, vt video, quęstui seruiunt & lucro. CHR. Tu, per Cererem, non satis mihi sanus videre. BLEPS. Quàm longè à pristinis excessit moribus! CHR. Per cœlum, mi homo, insanis. BLEPS. Quin aspectus etiam ipse irrequietus & inconstans, maleficium huius palàm arguit.

παῦσαι, *imperatiuum à* παύομαι, *cui participium* φλυαρῶν *additũ per infinitiuũ* φλυαρεῖν *cõmodè redditur.* ὦ 'γαθέ. ὦ ἀγαθέ. *Ironiam habet simulat enim se scire, unde Chremylo sint opes, ut ipsi, ceu conscio, Chremylus rem omnem promptius retegat.* ὑπονόει, *suspiceris, excogites.* τοιοῦτο, *rem meis moribus usqueadeo contrariam ut est sacrilegium, quod in me ingeris.* φεῦ, *uox hæc subsannationem quandam habet cum admiratione.* οὐδενός. *abundare*

Participiũ. φεῦ. οὐδὲν οὐδενός.

uidetur hic genitiuus, sed non caret sua ui, sonat quasi dicas, ut nihil cuiusquam rei, id est, nulla omnino res, ut nihil quidquam. Postea quàm hic, quem ego semper hactenus probum uirum esse putaui, fallax est, & uersutus, meritò credam nullum amplius uirtuti & probitati relictum locum. Criminibus falsis Blepsidemus conatur eruere rationem qua diues factus sit Chremylus, nam uidet quo animo ille hæc obijciat, propterea æquanimitatem seruat, & probra patienter refellit obiecta. ἥττονες τοῦ κέρδους *lucro inferiores, quales sunt qui per auaritiam usum pecuniarum nesciunt. Qui pecunijs commodè, et ut oportet utitur, illis imperat, illis est superior. Qui uti nescit, illis seruit, et inferior est.* μεθέστηχ' *pro* μεθέστηκε, *perfectum medium à* μεθίστηκομαι, *recedo ab aliqua re. ut antiquos mores procul ablegauit qui nunc tam ueterator est, quàm olim candidus fuit.* ὧν *pro* οὓς *relatiuum sequitur casum antecedentis Attica constructione.* ἐπὶ χώραν, *in uno loco. ut uultus est imago animi, ita oculi sunt indices. Propterea dicunt animum in oculis habitare, in illisq́; peculiarem animi sedem esse, ex oculis enim, mentis uel leuitatem, uel constantiam, iram, fastum, mansuetudinem, in summa sícne an sic afficiamur posse colligi. Obijcit ergo Blepsidemus Chremylo, quod nunc uersutior factus quàm olim fuisset, non ita ut quondam placidis sit oculis, sed mobilibus, & huc illuc circunspectantibus, quo uult probatum, mentem Chremyli sic ad alios fallendos uersatilem esse & ad omne genus imposturæ excogitandum accommodam.* ἐπίδηλον. *oculus est persimilis ueteratori, id est prorsus qualis solet esse ueteratori: te improbum manifestè notat tuus aspectus, præ se fert nescio quid, quo te perperam aliquid fecisse liquidò constat.*

Ἥττων. — Casus. — Oculus.

χρε. Σὺ μὲν οἶδ' ὃ κρώζεις· ὡς ἐμοῦ τι κεκλοφότος
ζητεῖς μεταλαβεῖν. βλεψ. μεταλαβεῖν ζητῶ; τίνος;
χρε. τὸ δ' ἐστὶν οὐ τοιοῦτον, ἀλλ' ἑτέρως ἔχον.
βλεψ. μῶν οὐ κέκλοφας, ἀλλ' ἥρπακας; χρ. κακοδαιμονᾷς.
βλεψ. ἀλλ' οὐδὲ μὴν ἀπεστέρηκάς γ' οὐδένα;
χρε. οὐ δῆτ' ἔγωγ'. βλεψ. ὦ Ἡράκλεις, φέρε, ποῖ τις ἂν
τράποιτο; τἀληθὲς γὰρ οὐκ ἐθέλεις φάσαι.
χρε. κατηγορεῖς γὰρ πρὶν μαθεῖν τὸ πρᾶγμά μου.

CHR. Quid tu crocites intelligo: vis ergo vt si quid
furto

furto inuolarim, tu partem feras. BLEPS. Ego vt partem feram? cuiusnam rei? CHR. Quod ago huiusmodi non est, longè verò aliter habet. BLEPS. An nõ es furatus, sed rapuisti? CHR. Genius quispiam malus, credo, te agit. BLEPS. Neque quemquam sua re fraudasti? CH. Nõ ego certè. BLE. O Dii superi, age age, quò enim quis se tandẽ vertat, quando te ita obfirmasti, vt verum fateri non lubeat? CHR. Tu me anteà sanè damnas, quàm pernoris, quî se res habeat mea.

κρώζεις. uerbum κρώζειν, significat κράζειν ὡς κορώνη, ἢ κόραξ, id est, uocem edere, qualis est cornicum, uel coruorum. ubi ad cornices refertur, significat ineptè garrire: cornicari Latini dicunt. Ad coruos si referas, est prædæ inhiare, Latini crocitare à uoce coruorum cro, cro, cro, ut Græci κρώζειν effinxerunt. Chremylus Blepsidemum cum coruo confert qui in partem prædæ uenire laborat. **κρώζειν. Cornicari. Crocitare.**

ὡς ἐμοῦ. quasi ego sim furatus aliquid. τινός. Genitiuus hic pendet à μεταλαμβάνω, quod genitiuo iungitur, ut ferè fit ubi nõ totum, sed pars tantùm significatur. τόδ'. hoc, hæ opes quas audisti mihi esse, non sunt ut dicis, non sunt scilicet sacrilegio paratæ. **Genitiuus.**

ἔχειν. s. ἐστί. est habẽs, id est, ἔχει. alia ratione diues fiam quàm dicas. ἥρπακας. Hoc nimis festiuè dictum. Dum obiectum uitiũ fingit se corrigere, alterum subijcit, & ingerit quod est priori deterius: raptor enim qui rem alienam tollit ui, nocentior est fure, qui clam aufert. Non abludit hinc quod uulgò dicitur in edaciores: Non edis, sed deuoras. κακοδαιμονᾶς. ut Blepsidemus uitia maiora intendere studet, ita & Chremylus eum grauioribus conuitijs insectatur. Leue non est conuitium, οὐχ ὑγιαίνειν μοι δοκεῖς. Peius autẽ est, μελαγχολᾶς. Omnium autem teterrimum est κακοδαιμονᾶς, id est, cacodæmone agitaris. Dixerunt cocodæmones esse spiritus malos, ab iusticia & æquitate alienos, nocere paratos, et qui impias hominũ mẽtes transuersas agere unicè affectent. ἀλλ' οὐδὲ μήν. sed an non γε. γε, saltem, id est si neq; sacrilegio, neque furto, neque rapina opes tibi parasti, an non saltem fraude aliqua & dolo cuiuspiam bona tibi quæsisti? ὦ ἡράκλεις. Exclamat præ indignatione, quòd mentem Chremyli non assequatur, mox quasi despondenit animũ, subdit φέρε, quod est, ipse dic si lubet: posthac certum est nihil diuinare. ποῖ. quò, in quam partẽ quis uertatur, id est, quis alias uias promptè ditescẽdi **Raptor. Fur. Cacodæmones. φέρε.**

comminiſcatur? ipſe enim ſibi in animum inducere nequit, bona Chremyli ex hæreditate aliqua, donatione, aut arte quapiam lucroſa, tantillo tempore facta fuiſſe auctiora. τράπετο *à* τρέπομαι *eſt: &* τἀληθὲς *pro* τὸ ἀληθὲς *ponitur.*

ΒΛΕ. ὦ 'ταῖρ', ἐγώ σοι τοῦτ' ἀπὸ σμικροῦ πάνυ
ἐθέλω διαπρᾶξαι πρὶν πυθέσθαι τὴν πόλιν,
τὸ στόμ' ἐπιβύσας κέρμασι τῶν ῥητόρων.
ΧΡΕ. καὶ μὴν φίλος γ' ἄν μοι δοκεῖς νὴ τοὺς θεοὺς,
τρεῖς μνᾶς ἀναλώσας γε λογίσασθαι δώδεκα.

BLEPS. Negotium hoc, ô præclare, ſumptu perexiguo tibi effectum dabo, prius quàm ciuibus innoteſcat, ore ſcilicet rhetorum pecunia obturato. CHR. At qui tu hercle is mihi videris amicus, qui ſi tres minas expoſueris, repetiturus ſis duodecim.

Rhetores.

τοῦτο, *hoc tuum crimen diluam, qualecunque, ac quantũcunq; fuerit; ob hocq; non traduceris, neque malè audies apud ciues. Ad rhetorem enim illum ueniam, qui contrà te dicturus eſt, & uerborum lenocinio tuum flagitium exaggeraturus: is, ubi puſillum pecuniæ numeraro, non modò ſcelus tuum extenuabit, ſed ubi te innocentiſsimũ probarit, aduerſario tuo, atque adeò cunctis ciuibus, æternum imponet ſilentium. Celebre eſt, neque extra rem, quod de Demoſthene traditur. Is cùm in concione acriter Mileſiorum legatis reſtitiſſet, ac in poſterũ diem cauſa reiecta eſſet, per noctẽ legati eum adiere, magnopere rogantes ne poſtridie contra ſe diceret, quod impetrarunt, tradita illi pecunia, quantam petiuerat. Poſtridie ergo uenit Demoſthenes in concionem, collo multa lana circumducto,* συνάγχην, *id eſt, anginam ſe pati fingens, propterea ſpiritibus coartatis, dicere ſe non poſſe innuens. Aderat tum non inſcitus uir, quem ſimulatio non fefellerat, qui exclamauit Demoſthenem non* συνάγχην *ſed* ἀργυράγχην, *id eſt non anginam, ſed argentanginam pati, ſilentium eius argento redemptũ ſignificans.* πυθέσθαι *à* πυνθάνομαι. *prius quàm reſciſcat urbs, id eſt, ciues: ita enim rhetor ſciet crimen arte diſsimulare, ut nemo ciuium crediturus ſit, te illius reum eſſe.* φίλος. *Quoniam dictum erat* ὦ 'ταῖρ. *Sentio hanc tuam amicitiam fictã. Si enim mea cauſa tres libras*

Demoſthenes.

συνάγχη.

ἀργυράγχη.

πυθέσθαι.

libras insumpseris, in libris rationum duodecim computabis.

βλεψ. ὁρῶ τιν᾽ ἐπὶ τοῦ βήματος καθεδούμενον,
ἱκετηρίαν ἔχοντα μετὰ τῶν παιδίων,
καὶ τῆς γυναικὸς, κοὐ διοίσοντ᾽ ἄντικρυς
τῶν Ἡρακλειδῶν οὐδ᾽ ὁτιοῦν τῶν Παμφίλου.

BLEPS. Virum ego mihi videre videor, qui ad tribunal cum liberis & vxore sedebit supplex, quique à Pamphilianis Heraclidis, si inter se conferentur, ne tantillum quidem differat.

ὁρῶ. *Deterret Chremylum à minis iudiciorum, à calamitate quæ ipsi, liberis eius & uxori impendeat: si in ius uocatus ab eo, cuius rem occupat, cogetur ob delictũ pœnas dare,* ὁρῶ, *ita certus sum de eo quod tibi imminet, ut non dubitem affirmare illud iã me uidere.* τινα. *Eurystheus Herculi uiuo infestus semper fuit, & inimicus summus. Mortuo Hercule Heraclidas, id est, liberos Herculis, & qui à partibus illius steterant, pertinacißimè est insectatus: cuius sæuitiam cum neque ferre, neque repellere posse se agnoscerent, tandem ad Athenienses opis gratia supplices uenerunt. Chærephon tragicus poëta horum miseriam postea carmine descripsit. Deinde Pamphilus insignis pictor in Stoa, porticu Atheniensium, mirè expreßit. Ait ergo Blepsidemus se propediem simile quiddam uisurum in Chremylo, uxore, & liberis eius: fore enim breui, ut hi omnes ob surreptas opes in ius pertrahantur, coramq; senatu tam calamitosi uideantur, quàm Heraclidæ quondam fuere.* τινα, *unum aliquem: non nominat, quoniam putat Chremylum satis intellecturum, hoc de se, & de suis dici.* καθεδούμενον, *participium futuri posterioris à* καθέζομαι. *Etiamnum obseruatur, ut rei coram senatu sedeant nudato capite.* ἱκετηρίαν, *hiceteria, quæ & hicteria per syncopen dicitur, ramus est oliuæ, quem gestabant supplices, unde oliua arbor supplex appellari solet: ducta uox est ab* ἱκετεύω, *supplico.* διοίσονται, *futurum est à* διαφέρομαι, *quod genitiuum poscit.* ὁτιοῦν, *quodlibet, quantumuis modicum.* τῶν Παμφίλου, *qui fuerunt Pamphili, id est, quorum historiam Pamphilus depinxit.* τῶν ὑπὸ Παμφίλου γεγραμμένων.

Eurystheus. Heraclidæ. Chærephõ. Pamphilus. Stoa. καθεδούμενος. ἱκετηρία. Oliua. ὁτιοῦν.

Χρε. οὐκ ὦ κακόδαιμον, ἀλλὰ τοὺς χρηστοὺς μόνους
ἔγωγε, καὶ τοὺς δεξίους, καὶ σώφρονας
ἀπαρτὶ πλουτῆσαι ποιήσω. Βλεψ. τί σὺ λέγεις;
οὕτω πάνυ πολλὰ κέκλοφας; Χρε. οἴμοι τῶν κακῶν.
ἀπολεῖς. Βλεψ. σὺ μὲν οὖν σεαυτόν, ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖς.
Χρε. οὐ δῆτ'. ἐπεὶ τὸν πλοῦτον, ὦ μοχθηρὲ σύ,
ἔχω. Βλ. σὺ πλοῦτον; ὁποῖον; Χρ. αὐτὸν τὸν θεόν. Βλ. καὶ ποῦ 'στιν;
Χρε. ἔνδον. Βλεψ. ποῦ; Χρε. παρ' ἐμοί. Βλ. παρὰ σοί; Χρε. πάνυ.
Βλε. οὐκ ἐς κόρακας; πλοῦτος παρὰ σοί; Χρ. νὴ τοὺς θεούς.
Βλεψ. λέγεις ἀληθῆ; Χρ. φημί. Βλεψ. πρὸς τῆς Ἑστίας;
Χρε. νὴ τὸν Ποσειδῶ. Βλεψ. τὸν θαλάσσιον λέγεις;
Χρε. εἰ δ' ἔστιν ἕτερός τις Ποσειδῶν, τὸν ἕτερον.

CHR. Nihil huiuſcemodi, vir impuriſsime, continget mihi. At ego is ſum, qui bonos tantùm, induſtrios, & modeſtos affatim ditabo. BLE. Quid tu ais? Adeóne multa es furatus. CHR. Proh nefas. Tu me enecas. BLE. Imò tu teipſum, quantum quidem mihi videre licet. CHR. Rem non rectè accipis. Ego, heus tu ſcelerate, Plutum habeo. BLE. Tu Plutum? quemnam obſecro? CHR. Ipſum Deum. BLE. Vbinam ille? CHR. Intus. BLE. Vbi intus? CHR. Apud me. BLE. Apud te autem? CHR. Omnino. BLE. Abi in malam rem. Plutus apud te? CHR. Superos omnes teſtor. BLE. Vera narres haud ſatis ſcio. CHR. Narro ergo. BL. Per Veſtam? CH. Per Neptunum. BL. Marinum dicis? CHR. Siquidem alter eſt, per alterum illum.

κακοδαίμων.

κακόδαιμον. Vir diris, & intemperijs uexate, in cuius animũ id demum cadit, quod abominandum eſt, & uiris bono genio præditis auerſandum. *ἀλλά. Tantum abeſt, aliena rapiam, ut alijs etiam ego bona ſim largiturus.* *μόνους, ſolos bonos (ne putes mihi commercium ullum cum malis fuiſſe) & rebus gerendis idoneos, non ignauos: & mode-*

& modestos, ac cordatos, non stupidos, et qui nullo iudicio sua profundunt: homines frugi, studiosos, & uirtutis amantes. οἴμοι τῶν κακῶν, ô scelera. abhorret à furto. Obtundis me, nec est ut te, uerba de flagitijs tantis tam præposterè facientē diutius sustineā. σεαυτόν. non ego te perdo flagitia tua commemorans, sed tu teipsum destruis, qui ea committis: furem enim esse te credam oportet, cui cū paulò antè pauperrimus esses, nunc ita suppetant opes, ut alios efficere posis diuites. ὦ μοχθηρὲ σύ. Obseruent pueri σὺ pronomen uocatiuum habere ὦ σὺ, aduersus Grammaticorū regulam. κλητικὰς, inquiunt, αἱ πρωτότυποι ἀντωνυμίαι οὐκ ἔχουσι, id est, Pronomina primitiua uocatiuos non habeat. ὁτιῒον. Indefinita est hæc dictio suapte natura, hîc autem o abundat, estq; ὁτιῒον, τιῒον, ὁτιῦν. αὐτὸν, notat excellentiam, & certitudinem, illum ipsum magnum Deum nomine Plutum. ποῦ 'στιν. synæresis Attica pro ποῦ ἐστιν. οὐκ ἐς κόρακας; an non ad coruos, subaudi uerbum πορεύσῃ, ἀπελεύσῃ, πέμψῃ, perges, ibis, mitteris, aut aliud quod conueniat. Quibus Græci precantur exitium, iubent eos ad coruos abire, ut sit, uade ad coruos, facesse hinc inauspicatò, malè pereas. φθεῖρου. Huius rei alij aliam adferunt causam. Locum fuisse apud Aeoles Arnam incolentes, nomine κόρακες, id est, corui, in quem locum maleficos relegabant. Alij locum huius nominis in Thessalia fuisse contendunt, in quem nocentes dabātur præcipites. Sunt qui hoc referant ad uolatum coruorum: quoniam enim in desertis uolitare consueuerunt, uolunt ad coruos illi esse eundum, quem intelligunt in extremas solitudines publicitus deportandum. Quid si coruos pro cruce & patibulo nos accipiamus? nam cum minamur cuipiam, futurum, ut uitam suspendio finiat, dicere solemus, Tu coruos in cruce pasces. Quò respiciebat Diogenes Cynicus cum diceret, κρεῖττον εἶναι ἐς κόρακας ἀπελθεῖν, ἢ ἐς κόλακας, id est, Satius esse ad coruos deuenire, quàm ad assentatores, propterea quòd corui improbos homines tantùm, & eosdem mortuos insectantur, adulatores uerò bonos deuorant, uiuos etiam. ἀληθοῦ. post insigne iusiurandum, incipit nonnihil fidei habere. ἑστίας. Quoniam Chremylus in genere iurauit, νὴ τοὺς θεοὺς, ne de obscurioribus Dijs tantummodo iurasse putetur, Blepsidemus in specie eum iurare uult iureiurādo sanctiore proposito. adstringi ergo eum uult per Vestam, Deam apud priscos in tanta ueneratione habitam, ut qui ei sacra non faceret, ἀνέστιος, quē pro impio & iniusto accipiebant, diceretur. Græci omnia sua sacrificia ab hac auspicati, in eandem desinebant. Tantum fuit hoc numen, ut Pausanias dixerit, θύουσι δὲ ἑστίᾳ μὲν πρώτῃ, δευτέρῳ δὲ ὀλυμπίῳ

ὦ σύ.

ὁτιῒον.

αὐτός.

ποῦ 'στιν.

Ad coruos.

κόρακες.

Vesta.

ἀνέστιος.

πίῳ Διί, id est, Sacrificant Vestæ quidem primùm, Ioui deinde Olympio. Per Vestam nonnulli Terram & Cererē accipiendam putāt, per quam antè iurauerat Chremylus οὔτοι μὰ τὴν Δήμητρα, propterea ad imaginem terræ templū Vestæ forma cōstruebatur rotūda. Quapropter Chremylo non satis fuit per Vestā iurare, sed per Neptunū iurare uisum est, numen tanto potentius Vesta, quāto mare latius est et maius terra. Olim cùm è terra mugitus, & terribilia audirentur tonitrua, horrorem metuendum mortalibus incutientia, rursus cū per terræ motus prærupti montes in planum uiderentur deuolui, adde & subito terræ hiatu totas urbes & uastas terræ partes absorberi, Neptuno sacra obibant, quem & ἀσφάλιον, id est, terræ confirmatorem, & hominum protectorem: rursus γεοῦχον, id est, τὴν γῆν ἔχοντα, id est, qui terram continebat, appellabant. θαλάσσιον, hoc addit, ne similitudine uocis fallatur. τὸν ἕτερον, repete νὴ.

Neptunus. ἀσφάλιος. γεοῦχος.

ΒΛΕΨ. εἶτ' οὐ διαπέμπεις καὶ πρὸς ἡμᾶς τοὺς φίλους;
ΧΡΕ. οὐκ ἔστι πω τὰ πράγματ' ἐν τούτῳ. ΒΛΕΨ. τί φῄς;
οὐ γὰρ μεταδοῦναι; ΧΡΕ. μὰ Δί'· δεῖ γὰρ πρῶτα. ΒΛΕΨ. τί;
ΧΡΕ. βλέψαι ποιῆσαι νώ. ΒΛΕ. τίνα βλέψαι; φράσον.
ΧΡΕ. τὸν Πλοῦτον, ὥσπερ πρότερον ἑνί γε τῷ τρόπῳ.
ΒΛΕΨ. τυφλὸς γὰρ ὄντως ἐστί; ΧΡΕ. νὴ τὸν οὐρανόν.
ΒΛΕΨ. οὐκ ἐτὸς ἄρ' ὡς ἔμ' ἦλθεν οὐδεπώποτε.
ΧΡΕ. ἀλλ', ἢν θεοὶ θέλωσι, νῦν ἀφίξεται.

BLE. An non postea etiam ad nos tuos amicos Plutum transmittes? CHR. Res nondum eò rediit. BLE. Quid ais? Plutum ad nos nondum traducendum? CH. Non sanè: prius enim oportet. BLE. Quid? CH. Visum restituere. BLE. Cuinam restituere? fare agè. CH. Pluto, & prorsus qualem habuit olim. BLE. Re vera est cæcus Plutus? CHR. Est per Cœlum. BL. Itaq; temerè non est, quòd ad me nunquam venerit. CH. At Diis bene iuuantibus, propediem veniet.

οὐκ ἔστι. res nondum in hoc sunt. De transmittendo Pluto non est cur iam soliciti esse debeamus. οὐ γὰρ. s. τὰ πράγματα οὐκ ἔστι ἐν τῷδε.

ἐν τῷ μεταδοῦναι; *An nondum res postulat ut aliò transferatur Plutus?* τί; *Præ studio exequendi id quod prius factum oportet, quàm Plutus traducatur, interrumpit sermonem Chremyli: nam uno tenore dicturus erat Chremylus*, δεῖ γὰρ πρῶτα βλέψαι ποιῆσαι νῷ. *Oportet enim anteà nos efficere ut uideat.* νῷ *autem dualis accusatiuus pro plurali* ἡμᾶς *Atticè ponitur* ἑνί γε τῷ τρόπῳ, *uno ac persimili modo ita neque lippus, neque luscus, neque lusciosus, in summa ut omni oculorum uitio sublato, non hebetius uideat, quàm olim puer uidebat.* ἐτός *Aduerbiũ est, sine causa, ab re,* ἀλόγως. οὐκ ἐτός. *ergo* δικαίως, *optimo iure.* ὡς ἐμὲ, πρὸς με, *quod ad me non uenerit, quare quòd diues non antehac fuerim.*

νῷ.

ἐτός.

ΒΛΕΨ. οὐκοῦν ἰατρὸν εἰσαγαγεῖν ἐχρῆν τινα.
ΧΡΕ. τίς δῆτ' ἰατρός ἐστι νῦν ἐν τῇ πόλει;
οὔτε γὰρ ὁ μισθὸς, οὐδὲν ἔστ' οὔθ' ἡ τέχνη.
ΒΛ. σκοπῶμεν. ΧΡ. ἀλλ' οὐκ ἔστιν. ΒΛ. οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖ.
ΧΡ. μὰ Δί'. ἀλλ' ὅπερ πάλαι παρεσκευαζόμην
ἐγὼ, κατακλινεῖν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπιοῦ,
κράτιστόν ἐστι. ΒΛ. πολὺ μὲν οὖν νὴ τοὺς θεούς.
μή νυν διάτριβ', ἀλλ' ἄνυε πράττων ἕν γέ τι.
ΧΡ. καὶ δὴ βαδίζω. ΒΛ. σπεῦδέ νυν. ΧΡ. τοῦτ' αὐτὸ δρῶ.

BLE. Ergo accersendus illi medicus. CHR. Rectè sanè, verùm vrbs hæc quem nunc alit medicũ? medicis hoc tempore nec præmium est vllum, nec hili fit ars medendi. BLE. Rogo te dispiciamus. CH. Quid vis dispiciamus, cùm nullus sit? BL. Ita certè mihi videtur. CH. Certissimum hoc per Iouem. Sed me vide, heus tu: quod ego dudum apud me in hanc rem pensitaui, iudicio quidem meo, fuerit optimũ: hoc illud est, Si in templum Aesculapii Plutum ducamus. BL. Fuerit hoc, per Deos, longè optimũ. Proinde ne quid cunctere, fac verò vt in hoc aliquid efficias. CH. Illuc iam nũc contendo. BL. Agè igitur festina. CH. Hoc ipsum ago.

εἰσαγαγεῖν. *Aoristus est posterior infinitiui. thema* εἰσάγω

εἰσαγαγεῖν.

ἔχρλῶ. anorme uerbum. ἔχρλῶ imperfectum à χρῆμι, quod ipsum etiam inter πρ̀άνομα uerba collocant. Attico autem proschematismo ἔχρλῶ pro ἔχρη dictum. Sonant ἔχρλῶ εἰσαγαγεῖν, adductum iam oportuit. ἰατρός. In urbe tanta quantæ fuerunt Athenæ, medicũ non fuisse ueri non est simile: sed pro nullo censetur, qui alius est, quàm esse debet. Duos hic simul taxat: medicos Athenienses, ut qui per imperitiam & inscitiam digni sint, qui nullo numeroq; locoq; habeantur. Rursus ciues Athenienses, ut disciplinarum, & doctorum hominũ contemptores. Nam cùm ita sint homines, ut premijs & honoribus ad conatus inuitentur egregios, proptereaq; uulgò receptum sit ut honos artes alere dicatur, quî fieri potest, ut illic artes uigeãt, ubi nullus arti honos? δοκεῖ. s. ἰατρὸν ἕνα εἶναι. πάλαι, antequàm etiam huc ad me uenires. κατακλίνειν, ut collocemus, & reclinare faciamus.

κατακλίνειν. Cæcis progredi non audentibus, & ualetudinarijs nequeuntibus, hoc uerbum est proprium. Quoniam autem duci nõ potuit sine motu, subdit εἰς quæ accusatiuo iungi debet. Accusatiuus de more Attico supplendus, εἰς ναὸν, in templum, in ædem Aesculapij deductũ, illic sedere faciemus. ἀσκληπιοῦ. Aesculapius Apollinis, qui idem Sol est, fuit filius, ab Apolline artis medicæ inuentore medicinam sic doctus, ut non modò languidos sanitati restitueret, sed & mortuos ab inferis reuocaret, id quod Virbio Hippolyto, uel ut alij malunt Glauco Minois filio contigisse aiunt. Strabo scribit in Epidauro templum Aesculapij fuisse ingenti ægrotantium multitudine refertum, tabellis hinc inde propendentibus, quibus constaret, qui, quoq; morborum genere curati essent. νυν encliticum est, & pro δὴ accipitur: nam νῦν circunflexum temporale est aduerbium. Διάτριβε. s. τὸν χρόνον, ne tempus teras. ἄνυε πράττων, perfice faciens pro perfice. Tale fuit λέγ' ἀνύσας, paulò antè. ἕν τι, rem unam aliquam, uel medicũ huc uocato, uel ad Aesculapium ducito. τοῦτ' αὐτό. De curando Pluto summè angor: hoc unum meditor. Chremylus uix ea fatus, subsequẽte Blepsidemo, domum suam ingreditur. Vbi dum de ducendo ad Aesculapium Pluto inter se agunt, ecce Penia, paupertatis Dea, Pluto & diuitibus hostis maxima, in medium prodit, facie arida, & macilẽta, sordido cultu & neglectissimo, oculis toruè, atque præ uehementi iracundia sursum, deorsum sese circumagentibus Chremylus, Blepsidemus, & chorus unà cum Pluto iam itineri accincti, in eam incidunt: quos simul atque Penia uidit, in hæc uerba stomachosior erupit.

Nomẽ subauditum.

Aesculapius.

Virbius.

Glaucus.

νυν.

νῦν.

Penia.

PENIA

ΠΕΝΙ'Α.

Ὦ θερμὸν ἔργον, κἀνόσιον, καὶ παράνομον·
τολμῶντε δρᾶν ἀνθρωπαρίω κακοδαίμονε.
ποῖ, ποῖ; τί φεύγετον; οὐ μενεῖτον; Χρ. Ἡράκλεις.
Πε. Ἐγὼ γὰρ ὑμᾶς ἐξολῶ κακοὺς κακῶς·
τόλμημα γὰρ τολμᾶτον οὐκ ἀνασχετὸν,
ἀλλ' οἷον οὐδεὶς ἄλλος οὐδεπώποτε,
οὔτε θεὸς, οὔτ' ἄνθρωπος, ὥστ' ἀπολώλατον.

PENIA.

O Facinus audax, impium & nefarium, quod vos homunciones peßimo instituto patrare audetis! Quò, quonam? Quid fugitis? Non restitabitis? CH. Bone Hercules. PEN. Haud dubium quin ego vos malos perdam malè: vt qui rem ausi sitis nulla omnino ratione ferendam, atque adeò qualem nullus vnquam alius, non Deus, non mortalium vllus est ausus. Quamobrem actum iam de vobis.

ὦ cum uocatiuo ἀνθρωπαρίω uim habet uocandi: at primo loco ab irata Penia positum, indignationem præterea notat. θερμόν. *Quod Græcis est θερμὸν, hoc Latinis est calidum. Vtrobiq; præceps significat, & inconsultum, quodq; iunctum sibi habet incommodum. Illi enim parum feliciter succedit, qui incogitãter rem tractat calidiorem. Taxat itaque Penia Chremylum & Blepsidemum, quòd non satis deliberatè, sed præcipitantiore consilio, ac animo adhuc uelut efferuescente, rem nouam moliantur, id est, quòd spreta se (cũ qua semper antea magna illis consuetudo intercesserat) Plutum iam sequi malint.* κἀνόσιον, καὶ ἀνόσιον. *Duobus his uerbis ἀνόσιον, & παράνομον, diuina simul & humana comprehenduntur: facinus Dijs, hominibusq; inuisum.* τολμῶντε *participium duale à τολμάω.* κακοδαίμονε *inconsultißimi, furijs & genio malo perciti, furiata mente homunculi.*

φεύγετον. *quid ita properatis? ut fugere quàm ire magis uideamini.* ἡράκλεες. *inter Deos quos ἀποτροπαίους appellari diximus, Hercules numeratur: fuit enim monstrorũ domitor. Peniæ cõspectu, ut*

ὦ. θερμόν. Calidum. Hercules.

ostento aliquo perterrefactus, Herculis opem implorat. Possit etiam hoc uerbum simpliciter capi, ut aduerbium sit mirantis. τόλμημα τολμᾶτον. *Atticè. Quomodo antea dixit,* μέμψιν μέμφομαι. οὐδεὶς. *ſ.* τετόλμηκε. *Quod sequitur* οὔτε θεὸς, οὔτ' ἄνθρωπος. *exponit quid sit* ἀνόσιον καὶ παράνομον. ἀπολώλατον. *Perfectum medium Atticum, à themate* ἀπόλλω, *futuri loco ponitur propter certitudinem rei quam illis minatur.*

Χρ. σὺ δ' εἶ τίς; ὠχρὰ μὲν γὰρ εἶναί μοι δοκεῖς.
Βλ. ἴσως ἐριννύς ἐστιν ἐκ τραγῳδίας·
βλέπει γέ τοι μανικόν τι, καὶ τραγῳδικόν.
Χρ. ἀλλ' οὐκ ἔχει γε δᾷδας. Βλ. οὐκοῦν κλαύσεται.
Πε. οἴεσθε δ' εἶναι τίνα με; Χρ. πανδοκεύτριαν,
ἢ λεκιθόπωλιν· οὐ γὰρ ἂν τοσουτονὶ
ἐνέκραγες ἡμῖν οὐδὲν ἠδικημένη.

CHR. Quis autem tu, quæ adeò mihi pallida videris? BL. Erinnys fortasse quępiam est tragica, n- furiale nescio quid, ac tragicum præ se fert. CHR. Atqui faces non gestat. BL. Haud impunè feret. PEN. Vos autem quam me esse putatis? CHR. Pandoceutriam aliquam, aut lecithopolin, alioqui certè non ita fueras in nos debacchatura, cùm præsertim à nobis nulla tibi esset orta iniuria.

ὠχρά. *Pallent qui fame tabescunt, qui typus in aniculam hanc Peniam macie confectam pulchrè competit. Chremylus autem ideo pallere eam putat, quòd bile commota sit, ut quæ exclamarit,* ὦ θερμὸν ἔργον *&c.* ἐριννύς. *Tragœdia cædibus, luctu, & omni miseriarum genere plena est, exitumq́; habet miserabilem. Illic furiæ, tartarea mōstra uisuntur. Græci* ἐριννύας ἀπὸ τῆς ἔριδος, *id est, à contentione & rixis, uocant. De illis sic uarij poëtæ Latini:*

Tragœdia
Furiæ.
ἐριννύς.

His tristia bella
Iræq́;, insidiæq́;, & crimina noxia cordi.
Possunt unanimes armare in prælia fratres.
Atque odijs uersare domos.
Possunt uerbera tectis,

Funereasq́;

Funereásque inferre faces.

Has luctus comitatur euntes.

Et pauor, & terror, trepidóque insania uultu.
Has penes insani fremitus, animusqúe profanus:
Error, & undantes spumis furialibus iræ. &c.

Cum tam fœdo, támque horrendo monstro Blepsidemus Peniam *confert quæ uidetur omnia sursum, deorsum miscere uelle, adeò statim à principio exclamauit, & minacibus in eos usa est uerbis.* μανικόν. *Qui in* Tragœdijs *furiosè debacchantur, excandescunt, uulnera inferunt uel recipiunt, oculis intuentur usqueadeo acribus ut solo aspectu terrorem spectatori incutiant. Hinc* μανικὸν βλέπειν, *&* τραγῳδικὸν *est toruè & truculenter oculos conijcere.* Tale *est quod antea dixit,* βλέπειν ἄρι. δᾷδας, *contractum à* δαΐδας. Furiarum *est terrificum hoc gestamen:* γὰρ *autem quod præcedit iunge cum* ἀλλ' *ut sit* ἀλλὰ γὰρ, *atenim.* οὐκοῦν, *itaque quoniã non est* Erinnys, *sed tantùm falsa hac imagine nos ludere & territare conatur,* κλαύσεται *plorabit, malè multabitur, suæqúe imposturæ graues pœnas dabit.* Post *hæc uerba* Chremylus *&* Blepsidemus *ad* Peniam *securi accedunt.* πανδοκεύτριαν. *Mulier quæ cauponariam exercet,* πανδοκεύτρια *uocatur* παρὰ τὸ πάντας δέχεσθαι *quòd in tabernam suam diuersoriam omneis recipiat.* Mulierum *autem id genus clamosum est, austerum, & difficile, ut quod oporteat, modò cum suis, & domesticis, modò cum extraneis rixari & contendere.* Idcirco Chremylus Peniam πανδοκεύτριαν *quendam eam interpretatur.* λεκιθόπωλιν, λέκιθος, *uitellũ oui significat, pro ouo quandoq; accipitur, hinc* λεκιθόπωλις *mulier dicitur, quæ* τοὺς λεκίθους πωλεῖ, *quæ oua publicè uendit,* ὠόπωλις. Aliàs *pisum significat, et legumen quodcũq;.* Pro *ea igitur muliere* λεκιθόπωλις *ponatur quæ legumina & uilissima quæq; distrahit,* ὀσπριόπωλις. *Est & hoc mulierum genus audax ac uerbosum, cuius ordinis* Peniam *esse* Chremylus *suspicatur.* τοσουτονὶ *pro* τοσοῦτον, *quod & ipsum* Atticè ι *in finem capit pro* τοσοῦτο. Non *dißimile illi* ταυτὸν θύμον φαγόντες. ἀνέκραγες *indefinitum* β. *thema* ἐγκράζω. οὐδὲν. *s.* κατὰ, *in nullo, nulla in re.*

μανικὸν βλέπειν. τραγῳδικὸν βλέπειν. δᾷδας. πανδοκεύτρια. λεκιθόπωλις. ὠόπωλις. ὀσπριόπωλις. τοσουτονί.

πεν. Ἀληθὲς; οὐ δὴ, δεινότατα δεδράκατον,
ζητοῦντες ἐκ πάσης με χώρας ἐκβαλεῖν;
Χρε. οὐκοῦν ὑπόλοιπόν σοι τὸ βάραθρον γίνεται.

Ἀλλ', ἥ τις εἶ, λέγειν ἐχρῆν αὐτίκα μάλα.

ΓΕ. Ἣ σφῷ ποιήσω τήμερον δοῦναι δίκην

Ἀνθ' ὧν ἐμὲ ζητεῖτον ἐνθένδ' ἀφανίσαι.

ΒΛ. Ἆρ' ἐστὶν ἡ καπηλὶς ἡ 'κ τῶν γειτόνων,

Ἣ ταῖς κοτύλαις ἀεί με διαλυμαίνεται;

PE. Itáne verò? An non grauissima me afficitis iniuria, dum modis omnibus vultis, ne vsquã gentium vllus sit mihi relictus locus? CH. Imò tibi per nos barathrum est relictum. Sed age, tu quę sis actutum nobis dicito. PE. Sum ea quæ hocce die efficiam, vt quoniam me de medio tollendam censetis, vos hoc nomine pœnas persoluatis. BL. Quid si hæc vna foret è mulierculis illis, quæ hic in vicinia dum cauponãtur, suis me vsque fraudant heminis?

δεδράκατον à δράω perfectum. Iam grauißima in me fecistis.

δεσμωτήριον. οἴκημα. βάραθρον. *βάραθρον. Athenienſium mos fuit, rerum atrocitatem & tristitiam, molliore nomine lenire, ut cùm δεσμωτήριον, quo nomine significatur locus uinctorum, id est, carcer, οἴκημα .i. domum uocabant. Ab ea urbanitate Chremylus in Peniam malè affectus adeò abest, ut non solùm uelit δεσμωτήριον Peniæ relictum, sed βάραθρον, qui locus erat Athenis, in mirandam depreßus altitudinẽ, in quem deturbabãtur, qui immanibus flagitijs, & omni uitæ turpitudine infames erãt.*

ἀνθ' ὧν. *σφῷ pro ὑμᾶς. ἀνθ' ὧν. Supprimitur antecedens ἐκείνων, cuius casum usurpat relatiuum Attico more. Plena & communis oratio fuisset ἀντὶ ἐκείνων, δι' ὧν. Si ad uerbum reddes sonant ἀνθ' ὧν, pro quibus. Latini per coniunctionem reddũt. ὅτι, διότι, eò quòd, propterea quòd.*

κάπηλος Propola. *καπηλίς. κάπηλος ferè dicitur, qui aliquid emit, quod reuendat. Propola uocatur Latinis. Strictius hîc accipitur, ut de eo tantùm dicatur qui uinum uendit: οἰνοπώλης. In Græcorum commentarijs dictum reperimus παρὰ τὸ κακοῦν τὸν πηλὸν, id est à corrumpendo uino, quoniam solent caupones bona uina cum deterioribus mixta pauperibus uenundare. Quæ mulier hoc facit, καπηλὶς appellatur.*

καπηλις. καπηλίς. *Interpres Græcus nos huius rei admonet, κάπηλις paroxytona dictio eam significat quæ uinum uendit: καπηλίς autem dictio oxytona uel diminutiui formam quandam habet, uel eius quæ*

uinum uenale habet ancilla est, Quomodocunque accipias, scitum est, huius generis mulieres, uiragines ferè quasdam esse, quæ ut ornatu sunt inculto, ita moribus sunt agrestibus, & seueris. ἠ κ pro ἠ ἐκ. *Sic dixit haud multò antè* ἐν τῆ ἐκκλησία. κοτύλαις. *Mensuræ genus est* κοτύλη, *alio nomine uocant* ἡμίξεσον. *i. dimidium sextariū Latinis hemina nuncupatur. Rhennius Fannius apud Priscianum:*
At cotylas quas (si placeat) dixisse licebit
Heminas, recipit geminas sextarius unus.
Conqueritur Blepsidemus, uel quod minore mensura, uel quòd uino corrupto, puta diluto, euanescente, uel acescēte deceptus sit. Posterius uidetur probabilius. Vina enim corrupta homines διαλυμαίνονται. *i. perdūt & eorum ualetudinem grauiter lædunt.*

πε. πενία μὲν οὖν, ἡ σφῷν ξυνοικῶ πολλ' ἔτη.
βλ. ἄναξ ἄπολλον, καὶ θεοὶ, ποῖ τις φύγοι;
χρ. οὗτος, τί δρᾶς; ὦ δειλότατον σὺ θηρίον
οὐ παραμενεῖς; βλ. ἥκιστα πάντων. χρ. οὐ μενεῖς;
ἀλλ' ἄνδρε δύο γυναῖκα φεύγομεν μίαν;
βλ. πενία γάρ ἐστιν ὦ πόνηρ'. ἧς οὐδαμοῦ
οὐδὲν πέφυκε ζῶον ἐξωλέστερον.
χρ. στῆθ', ἀντιβολῶ σε, στῆθι. βλ. μὰ Δί', ἐγὼ μὲν οὔ.
χρ. καὶ μὴν λέγω δεινότατον ἔργον παραπολὺ,
ἔργων ἁπάντων ἐργασόμεθ', εἰ τὸν θεὸν
ἔρημον ἀπολιπόντε ποι φευξούμεθα.
τήνδε δεδιότε μηδὲ διαμαχούμεθα.
βλ. ποίοισιν ὅπλοις, ἢ δυνάμει πεποιθότες;
ποῖον γὰρ οὐ θώρακα, ποίαν ἀσπίδα
οὐκ ἐνέχυρον τίθησιν ἡ μιαρωτάτη;
χρ. θάῤῥει· μόνος γὰρ οὗτος, οἶδ', ὁ θεὸς, ὅτι
τρόπαιον ἂν στήσαιτο τῶν ταύτης τρόπων.

PE. Non sum quod dicitis: sum Penia, quæ vobiscum multos annos viuo. BL. Apollo potentissime,

 ô Dii

ô Dii quò nunc profugiam? CH. Heus tu, quid agis, ô homo fera quauis fugacior ac meticulosior, non sistes gradum? BL. Minimè omnium. CH. Non restitabis inquam? Quid hoc? duósne viros mulierculam vnam fugitare? BL. Miser, Penia est, qua non aliud vsquam animal exitialius. CH. Mane obsecrò mane. BL. Omnino certum est non manere. CH. At ego tibi hoc dico, atque confirmo, nos rem omnium multò perniciosissimam facturos, si mulieris huius metu, quoquam effugerimus, cumq; hac dimicare detrectauerimus. BL. Quibus armis, aut qua virtute fretus hoc suscipias? vbi nobis thorax, vbi scutū? Omnia nostra pignori opponere cogit nos isthęc impurissima. CH. Animum recipe, optima spes est, Plutum hunc vnum hoc nobis effecturum, vt de hisce moribus perditissimis victoriā referamus egregiā.

σφῷν pro ὑμῖν, pendet hic datiuus à præpositione ξυν, quæ cum οἰκέω iuncta est. ἣ οἰκῶ ξυν ὑμῖν, cuius familiaritate utimini à multis annis. Cessabit tamen Peniæ consuetudo, ubi hi à Pluto diuitias fuerint consecuti. ἄναξ. *Hoc nomen non minus competit in Deos, quàm in homines, quamquam sunt qui putent Iouem potius βασιλέα, cæteros Deos ἄνακτας debere dici. Dignitatis & potentiæ nomina sunt.*

ἄναξ.

βασιλεύς.

In auertendis monstris, quale hoc uidetur Blepsidemo, Apollini prima dignatio & uirtus datur, propterea solum eum cum titulo honorifico nominat, & ab alijs Dijs seponit. ὡς φύγοι, *quò quis se proripiat, & occultet, qui tam abominandum monstrum uideat? Tertiam personam capit pro sua .i. prima, quoniam hinc uult significatum, nullum omnium hominum esse tam constantem & fortem, qui Peniam non sit execraturus.* οὗτος. s. ὦ. τί δρᾷς, *uel quid fugis significat, uel quid agis. Nam* δρᾷν *pro* φεύγειν *capi, compositum* ἀποδράω *manifestè docet.* θηρίον. *Feræ hominum conspectum refugiunt, quo autem sunt iuniores, eo sunt & formidolosiores. Timidißimū itaque uolens eum significare, diminutiuo eum compellat nomine.* πάντων. *Additamentum hoc,* πάντων, *negationē auget. Maiore enim negatione utitur, qui ait* ἥκιστα πάντων, *quàm si solùm diceret* ἥκιστα. *Quemadmodum affirmatius dicitur,* μάλιστα πάντων, *quàm* μάλιστα *tantùm. Latini sic dicunt ubique gentium, locorum, terrarum, uel contrà, nusquam gentium &c. Ad quam dicendi formam pertinet hæc*

Apollo.

Persona.

δράω.

ἥκιστα πάντων.

Pleonasmos

Iandudum

Iandudum ætatem. πέφυκε natum est, & à natura editum, quæ alioqui solet nocentißima animalia, & uenenatißima gignere. ζῶον. Vbi de nomine loquētes dicimus. Quod animal hoc? figura dicēdi est non inelegans, qua quod bestiarum est, homini tribuitur. Quò pertinet hæc oratio. πενίας οὐδὰμοῦ πέφυκε ζῶον ἐξωλέστερον. Sic legas. Pater huius bipedum nequißimus. Huc accedunt & illa: ὁ τόκος τί θηρίον; Vsura quænam belua est? Est in scriptis illius nullum agnoscas docti hominis uestigium. ἐγὼ μὲν οὐ. s. ἐάσω. παραπολύ. In compositis his uocibus παραπολὺ & ἁπάντων inest nescio quid uehementiæ maioris, quàm in simplicibus πολὺ & πάντων. ἀπολιπόντε participium duale. Si postea quàm nos deseruerimus. φευξούμεθα à φεύγομαι, futurum est anorme pro φευξόμεθα. τλῶδι pro τλῶθι. Et δεδιότε participium à δείδω, per syncopē pro δεδιηκότε. μαχούμεθα, futurū medium à μάχομαι quod inter anormia uerba reponitur. πεποιθότες à πείθομαι credo, innitor & fido. γὰρ οὖ, γὰρ interrogat, οὖ abundat. τίθησιν Oratio est ἀπροσδόκητος cum enim de bello gerendo agatur, apparet Blepsiaemum fuisse dicturum, ποῖον θώρακα, ποίαν ἀσπίδα οὐ τιτρώσκει; quem thoracem quod scutum non frangit, ac retundit? ridiculè autem, & præter expectationem dixit, οὐκ ἐνέχυρον τίθησι; non dat in pignus. i. nos dare facit, mutata uerbi significatione, & ab aliquo translata actione. Homerus ita dixit ἀναβήσωμεν χρυσηίδα conscendamus. i. conscendere faciamus Chryseidem. Simul præsenti utitur τίθησι potius quàm præt. τιθ. τέθεικε, ut monstret pauperibus esse continuam oppignerandi necessitatem. οἶδα cum οὖ, hoc ordine uerborum οἶδα γὰρ ὅτι ὁ οὗτος μόνος &c. τροπαῖον, uel ut recentiores scribunt. τρόπαιον, trophæum est, quod ita dicitur, διὰ τὸ ὑπὸ τῆς τροπῆς τῶν ἐχθρῶν γεγονέναι. i. quod fieret ob hostium conuersionem & fugam. Erat trophæum murus, uel columna lapidea, ligneáue illic erecta, ubi aduersariorum copiæ debellatæ, ac cisæq; fuissent. In trophæis scriptum erat quo tempore & die, quo itē duce parta fuisset uictoria ut rei feliciter gestæ perpetuum seruaretur posteritati monumentū. ἀναστήσαιτο, erexerit, ab ἀνίσταμαι. τρόπων, de moribus huius. mores, et ingeniū pro persona quandoq; accipiuntur, ut uxorē his moribus nemo dabit. i. homini his morib. prædito. Quid agas cū his moribus? i. cū homine cui sint hi mores? & Qui cū ingenijs conflictatur eiusmodi. i. cum uiris ingenio eiusmodi. Plutus efficiet repreßis Peniæ moribus, ut de ea triumphemus, nec coacti inopiam res nostras posthac pignori demus,

ζῶον.

φευξούμεθα.

τλῶδι.

δεδιώς.

μαχούμεθα.

ἀπροσδόκητον.

Significatio uerbi.

τροπαῖον.

Trophæum

Mores.

Ingenium.

Πεν. γρύζειν δὲ καὶ τολμᾶτον, ὦ καθάρματε,
ἐπ' αὐτοφώρῳ δεινὰ δρῶντ' εἰλημμένω;
Χρ. σὺ δ', ὦ κάκιστ' ἀπολουμένη, τί λοιδορεῖς
ἡμῖν προσελθοῦσ' οὐδ' ὁτιοῦν ἀδικουμένη;
Πε. οὐδὲν γ', ὦ πρὸς τῶν θεῶν, νομίζετε
ἀδικεῖν με, τὸν Πλοῦτον ποιεῖν πειρωμένω
βλέψαι πάλιν; Χρ. τί οὖν ἀδικοῦμεν τοῦτό σε,
εἰ πᾶσιν ἀνθρώποις πορίζομεν ἀγαθόν.
Πε. τί δ' ἂν γ' ὑμεῖς ἀγαθὸν ἐξεύροιθ'; Χρ. ὅ,τι;
σὲ πρῶτον ἐκβαλόντες ἐκ τῆς Ἑλλάδος.
Πε. ἔμ' ἐκβαλόντες; καὶ τί ἂν νομίζετον
κακὸν ἐργάσασθαι μεῖζον ἀνθρώποις; Χρ. ὅ, τι;
ἔτι τοῦτο δρᾶν μέλλοντες, ἐπιλαθοίμεθα.

PE. Vos hiſcere etiam audetis homunculi execrabiles, cum in ipſo flagitio peſsimè peragendo ſitis deprehenſi? CH. At tu peſsimè perdenda, quid erat, quod de nobis nullam prorſus iniuriam paſſa, tu indignis nos ita aggrederere improperiis? PE. O Dii ſuperi, nullâne me affectam iniuria putatis, dum tantoperè conamini, vt Pluto viſus reſtituatur? CH. Si quod vniuerſo hominum generi conferat, nos comparare ſtudemus, an ob hoc te offendimus? PE. Quid, cedò eſt, quod vos in rem hominum excogitetis? CH. Quid? omnium primum, ſimul atque te à Græcia profligauerimus. PE. Me profligaueritis? At quid eſt quod vos conficiatis, æquè atque hoc, hominibus perniciosum? CH. Quid rogas? hoc ergo ſi videlicet id quod facere iam inſtituimus, ſegnius perfecerimus.

γρύζειν.

γρύζειν, uerbum eſt deductum à γρὺ de quo abundè ſuprà. Eſt, uel minimum, os loquendi gratia aperire, mutire. καθάρματε. Priſci moris fuit, homines quoſdam ignobiles & reip. inutiles, publicè alere, qui graſſante peſte, aut alio quopiam morbo grauiore, ad expiationem

piationem urbis,& placanda numina irata,in excelsum locum ducebantur,unde,in modum uictimarum redimiti,in mare praecipites iaciebantur,inter deijciendum autem solennia haec aedebantur uerba, περίψημα ἡμῶν γενοῦ,*id est, Sis pro nobis peripsema, quod est piaculum,& urbis nostrae uictima seruatrix:existimabant enim , si quid in urbe esset,quod Deos offenderet,in capita sacrorum & detestandorum horum hominum recidere.Hoc adijciendum,* κάθαρμα *substantiuum esse,significareq; expiationem,& purgationem,poni autẽ pro adiectiuo* καθαρτήριος.ἤδη φαρμακὸς,*deuotus in lustrationem,piacularis.Latini sic scelus & perniciem pro scelesto & pernicioso accipiunt.* ἐπ' αὐτοφώρῳ.*A uerbo* φέρω *antiqui fecerunt nomen* φώρ,*fur.Rursus à nomine* φὼρ *uerbum duxerunt,*φωράω, *quod deprehendo significat, propriè autem in furto,unde est compositũ* αὐτόφωρος,& κατάφωρος *fur manifestus,atque in furto ipso deprehensus.Haec tamen ad alia transferuntur,ut sit* αὐτόφωρος,*qui in aliquo maleficio deprehenditur,sit in adulterio,homicidio,alióue quouis flagitio.Propterea furem manifestariũ uocãt nõ solùm* αὐτόφωρον,*sed* κλέπτην αὐτόφωρον.*Hinc non est aliud* αὐτόφωρος *quàm* καταληφθεὶς,εὑρεθεὶς, *deprehensus,inuentus & interceptus.Ab hoc nomine fit aduerbium* ἐπαυτοφώρῳ *idem significans quod* φανερῶς *manifestè. Legas etiã,ut hîc,*ἐπ' αὐτοφώρῳ *diductis dictionibus,cuius generis illa sunt Latinorum,è diuerso, in primis, ad postremum, quae sonant,diuersè,primùm,postremò.* δεινὰ,*iniusta,non toleranda.* δρῶντε,*facientes,pro infinitiuo* δρᾶν,*admittere,designare,patrare.* εἰλημμένω *Duale participium:*λαμβάνω *praeter cõmune perfectum* λέληφα, *Atticum facit* εἴληφα . *Qua de re in nostris Hebdomadibus.Penia non putat Chremylum & Blepsidemum dignos qui loquantur,ut qui deprehensi sint Plutum eò ducere ad Aesculapiũ,quò Plutus sua caecitate liberetur,quod facinus Penia pro odiosissimo habet,& sceleratissimo.* λοιδορεῖς. *Incertum an datiuus* ἡμῖν *ad* λοιδορεῖς,*an ad* προσελθοῦσα *referatur. Graecus interpres, ad* λοιδορεῖς *(uel ut ipse Atticè legit,ad* λοιδορεῖ, *quod est à* λοιδορέομαι*) putat referendũ.Id quod si probandũ,*προσελθοῦσα *participiũ uacabit,aut certè constructio est, quàm Latini imitantur hoc modo:Siccine me uenis iniuria affectum?Cur me uenis caesum? pro solis uerbis,siccine afficis? cur caedis?* οὐδὲν .ſ. κατὰ, *in nullo, nulla in re.* ὦ *hîc uim habet exclamandi.* πεπορισμένω,*participiũ à* πορίζομαι. τί οὖν;*Ante* τί,*& antè* τοῦτο,*praepositio* κατὰ *intelligenda,*κατὰ τί; *in quo,* κατὰ τοῦτο,*in hac re .i. in reddendo uisu Pluti.*

Marginalia: περίψημα. κάθαρμα. Scelus. Pernicies. φώρ. φωρῶ. αὐτόφωρος. κατάφωρος. ἐπαυτοφώρῳ. Infinitiuum εἰλημμένος. προσελθών. Venire caesum. ὦ;

ἐν πᾶσιν, si communi omnium bono, uidentur non modo excusatione, sed & fauore digni, qui aliquid non suo tantùm, sed publico commodo moliuntur. ἐξεύροιθ' pro ἐξεύροιτε, quod iunctum cum ἂν uim habet potentialem: quid excogitetis, i. excogitare & comminisci possetis? ὅ, τι, pro simplici, τί; Suspēsum habet auditorem, quòd subiuncturus sit aliquid præter expectationem. ἑλλάδος. Ab Hellene Deucalionis filio, Græcia est Hellas appellata, & Hellenes, Græci. ἐμ'. Intercipit stomachosè uerba Chremyli: cum enim dixit, πρῶτον, de Penia uidebatur mala dicturus quàm plurima. ὅ, τι. & hic proferet παράδοξον aliquid. μέλλοντες. Si nos qui facturi sumus τοῦτο hoc, id est, qui eiecturi te hinc sumus, ἐπιλαθοίμεθα, obliti fuerimus nostri incœpti: ἐπιλαθοίμεθα δ' ἂν τοῦτο. Est ἐπιλαθοίμεθα optatiui indefinitum β. ab ἐπιλανθάνομαι uerbo παρανόμῳ.

ὅ, τι.

ἑλλάς.

ἐπιλαθοίμεθα.

ΠΕ. καὶ μὴν περὶ τούτου σφῷν ἐθέλω δοῦναι λόγον
τὸ πρῶτον αὐτοῦ. κἂν μὲν ἀποφήνω μόνην
ἀγαθῶν ἁπάντων οὖσαν αἰτίαν ἐμὲ
ὑμῖν, δι' ἐμέ τε ζῶντας ὑμᾶς· εἰ δὲ μή,
ποιεῖτον ἤδη τοῦθ' ὅ, τι ἄν ὑμῖν δοκῇ.
ΧΡ. ταυτὶ σὺ τολμᾷς ὦ μιαρωτάτη λέγειν;
ΠΕ. καὶ σύ γε διδάσκου· πάνυ δ' οἶμαι ῥᾳδίως
ἅπανθ' ἁμαρτάνοντά σ' ἀποδείξειν ἐγώ,
εἰ τοὺς δικαίους φῂς ποιήσειν πλουσίους.
ΒΛ. ὦ τύμπανα, καὶ κύφωνες οὐκ ἀρήξετε;
ΠΕ. οὐ δεῖ σχετλιάζειν, καὶ βοᾶν πρὶν ἂν μάθῃς.
ΒΛ. καὶ τίς δύναιτ' ἂν μὴ βοᾶν, ἰού, ἰού,
τοιαῦτ' ἀκούων; ΠΕ. ὅστις ἐστὶν εὖ φρονῶν.

PE. Enimuero antè quàm id perficiatis, cupiam de hac re hîc vobiscum differere: & rationib. certis demõstrare, me solam vobis quorumcunque bonorum causam esse, nec alius, quàm meo vnius beneficio, vos vitã hanc degere. Quod si minus fecero, tum de me pro animi vestri libidine statuite. CH. Tu audes isthuc effutire

futire spurcissima? PE. Quęso, sine docearis: spero enim perfacilè mihi futurum, vt commonstrem te tota aberrare via, si credis Plutum bonos aliquãdo viros ditaturum. BL. O tympana, ô cyphones, iam mihi non aderitis? PE. Absurdum tantopere indignari, & eiulare, priusquam res quomodo se habeat intelligas. BL. Quis, isthæc si audiat, non etiam atq; etiam exclamet? PE. Huddubiè fuerit quietior, qui mentis fuerit sanioris.

περὶ τούτου, de hac re, dignáne sim quæ expellar, & an ex uestro, atque a[lio]rũ usu fuerit, oculos Pluto restitui. τὸ πρῶτον, *pro* πρῶτον, *abundante articulo, primùm antè quàm me proscribendã esse uobis persuadeatis.* αὐτοῦ, *pronomen esse potest quod cum* τούτου *iungatur, sic* περὶ τούτου αὐτοῦ. *Sed præstat sit aduerbium loci: hîc antè quàm hinc digrediar, ne putetis me multum laborasse in exquirendis rationibus, quibus uestra dicta refellam.* κἄν ἢ ἐάν, *&* si. ἀποφήνω, *subiunctiuum ab* ἀποφαίνω: οὕτως εἶναι, *ut* ζῶντας, ζῆν. εἰ δὲ μή *Schema est, quod uocant* ἀνταπόδοτον: *suspenditur enim & imperfecta relinquitur quæ præcedit oratio. Et si, inquit, apertè indicaro me solam esse causam bonorum quæ uobis sunt, uosq; per me uiuere. s.* ἐάσατέ με, *sinite me, ne ita deseuiatis.* εἰ δὲ μή, *alioqui &c.* ἅπαντα *s.* κατὰ *in omnibus iis quæ nunc sentis, & dicis.* ἐγώ, *uel ad* οἶμαι *reducitur, uel antè* ἀποδείξειν *pro* ἐμὲ *Atticè ponitur.* τύμπανα, *a* τύπτω *bo[...] no[...] fit. sunt ligna quibus sontes olim cædebantur, unde est* τυμπανίζω, *fortiter & ualidè percutio.* κύφωνες *à* κύπτω, *inclino man[...]ntiuncula erant lignea quibus colla maleficorum sic constringebantur, ut capu[t] surrigere non possent. Pœna hæc* κυφωνισμὸς *appellatur. Ait Blepsidemus Peniam dignã esse quæ tympanis & cyphonibus coërceatur.* ἀρήξετε. *Prosopopœia, non opem feretis? in cruciatum Peniæ non adhibebimini?* μάθῃς, *subiunctiuum à* μανθάνω. ἰού. *oxytonum, aduerbium est indignantis,* οἴμοι, *heu cum ex[c]lamatione effertur. Circumflexum* ἰοῦ *huic est cõtrarium, exultantis enim est.*

Articulus. αὐτοῦ. κἄν. ἀνταπόδοτον. τύμπανον κύφων. μάθῃς. ἰού. ἰοῦ.

Χρ. τί δῆτά σοι τίμημ᾽ ἐπιγράψω τῇ δίκῃ,
ἐὰν ἁλῷς; Πε. ὅ, τι σοὶ δοκεῖ. Βλ. καλῶς λέγεις.
Πε. τὸ γὰρ αὐτό γ᾽ ἐὰν ἡττηθῇ καὶ σφὼ δεῖ παθεῖν.

ΒΛ. ἱκανοὺς νομίζεις δῆτα θανάτους εἴκοσιν;
ΧΡ. ταύτῃ γε· νῷν δὲ, δύ' ἀποχρήσουσιν μόνω.
ΠΕ. οὐκ ἂν φθάνοιτον τοῦτο πράττοντ'. ἢ τί γ' ἂν
ἔχοι τις ἂν δίκαιον ἀντιλέγειν ἔτι.
ΧΟΡ. Ἀλλ' ἤδη χρῆν τι λέγειν ὑμᾶς σοφὸν, ᾧ νικήσετε τηνδὶ
ἐν τοῖσι λόγοις ἀντιλέγοντες, μαλακὸν δ' ἐνδώσετε μηδέν.

CH. Posteaquam igitur rationibus nobiscum disceptare lubet, si tu conuicta fueris, dic, quanti vis litem æstimari? PE. Quanti vis. BL. Rectè sanè. PE. Nam & vos si vincemini, pœnam subiueritis cõstitutam. BL. Vicies mori, pœnam censes idoneã? CH. Huic erit satis toties mori, nobis autem bis tantummodo. PE. Nunquam dum sic nugabimini, causam obtinebitis: quod enim iuris est, quis posſit huiusmodi næniis perpetuò ludificari. CHO. Heus vos agite, vt hanc peruincatis, serius vos loqui par est, veris rationibus illi obsistite, iocosum nihil interiicite.

ἐπιγράφειν. τίμημα. ἁλίσκω. ἁλῶς.

ἐπιγράφω. Præter pœnam quæ in sententia iudicis erat aduersus damnatum, erat quandoque & altera, quæ à litigantibus statuebatur, quam qui statuebat, dicebatur τίμημα ἐπιγράφειν, ἢ τιθέναι, *mulctam irrogare, pœnam inscribere, & statuere.* ἁλῷς: ἁλίσκω, *uerbum actiuæ uocis paſsiuam habet significationem: quasi ab* ἅλωμι *format indefinitum* β, ἥλων ἥλως, *unde fit subiunctiuum temporis eiusdem* ἅλω, ἅλῳς, *quemadmodum fit à* δίδωμι δῶ, δῷς.
τὸ γὰρ αὐτὸ. *s.* τίμημα, τὴν αὐτὴν προσιμίαν. ἡττᾶσθε *ab* ἡττάομαι *subiunctiuum.* ταύτῃ, *huic Peniæ .s.* εἴκοσι θάνατοι ἔσονται ἱκανοί. νῷν, *dualis datiuus,* ἡμῖν, δύ' δύο μόνω, *duæ solæ mortes.* ἀποχρήσουσι *Ab* ἀπὸ *&* χρῆμι *fit compositum* ἀπόχρημι, *cuius futurum est* ἀποχρήσω, *à themate* ἀποχράω. τοῦτο πράττοντε, *hoc agentes, tam friuola & inania dictitantes.* ἢ τί γ'. *Ambigua est hæc lectio, cum interrogatione constabit hoc sensu: Alioqui enim quid iuris, aut causæ quis posthac aduersus uos dicat? Sine interrogatione sic: Alioqui sanè poſſet quis posthac semper mihi huiusmodi nescio quod ius obiectare. Vtrouis modo accipias alterum* ἂν *quod cum* ἔχοι *iungetur, erit* δυνητικόν *Alterum uerò* παραπληρωματικόν

ἀποχρήσουσι. ἄν.

ματικόν. ἀλλ' ἤδη, *ut tandem modus sit ridiculis & insolentibus Chremyli, ac Blepsidemi dictis, simul ut certò sciatur, illi ne, an Penia rectius sentiat, Chorus uiris suadet, ut nugis relictis, conentur rationibus Peniam refutare. Quod ideo factum uult Comicus, ut interim demonstret Peniæ suam esse uirtutem, quomodo antea Pluto suā esse patefecerat.* χρῶ *pro* χρῆν, *Atticè asciscitur.* σοφόν. *Innuit hoc uerbo, quod præcessit fuisse* μωρόν. μαλακὸν, *molle, & muliebre, sed quod uirile sit, quod rationibus adeò ualidis subnitatur, ut refelli non poßit, & ne turpiter à muliere uicti, causa excidatis. Incipiunt ergo quàm possunt scitißimè causam aduersus Peniam dicere.*

χρῶ.

Χρ. φανερὸν μὲν ἔγωγ' οἶμαι γνῶναι τοῦτ' εἶναι πᾶσιν ὁμοίως,
ὅτι τοὺς χρηστοὺς τῶν ἀνθρώπων εὖ πράττειν ἐστὶ δίκαιον·
τοὺς δὲ πονηροὺς, καὶ τοὺς ἀθέους τούτων τἀναντία δήπου.
τοῦτ' οὖν ἡμεῖς ἐπιθυμοῦντες, μόλις εὕρομεν, ὥστε γενέσθαι,
βούλευμα καλὸν, καὶ γενναῖον, καὶ χρήσιμον εἰς ἅπαν ἔργον.
ἢν γὰρ ὁ Πλοῦτος νυνὶ βλέψῃ, καὶ μὴ, τυφλὸς ὢν περινοστῇ,
ὡς τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ἀνθρώπων βαδιεῖται, κοὐκ ἀπολείψει·
τοὺς δὲ πονηροὺς, καὶ τοὺς ἀθέους φευξεῖται. κᾆτα ποιήσει
πάντας χρηστοὺς, καὶ πλουτοῦντας δήπου, τά τε θεῖα σέβοντας.
καίτοι τούτου τοῖς ἀνθρώποις τίς ἂν ἐξεύροι ποτ' ἄμεινον;
Βλ. οὐδείς· ἐγώ σοι τούτου μάρτυς, μηδὲν ταύτην γ' ἀνερώτα.
Χρ. ὡς μὲν γὰρ νῦν, ἡμῖν ὁ βίος τοῖς ἀνθρώποις διάκειται,
τίς ἂν οὐχ ἡγοῖτ' εἶναι μανίαν, κακοδαιμονίαν τ' ἔτι μᾶλλον;
πολλοὶ μὲν γὰρ τῶν ἀνθρώπων ὄντες πλουτοῦσι πονηροὶ
ἀδίκως αὐτὰ ξυλλεξάμενοι· πολλοὶ δ' ὄντες πάνυ χρηστοὶ,
πράττουσι κακῶς, καὶ πεινῶσι, μετὰ σοῦ τε τὰ πλεῖστα ξύνεισιν.
οὔκουν εἶναί φημ', εἰ παύσει ταῦτ', ἢν βλέψῃ ποθ' ὁ Πλοῦτος
ὁδὸν, ἥντινα ἰὼν, τοῖς ἀνθρώποις ἀγάθ' ἂν μείζω πορίσειεν.

CHR. Hoc ego omnibus ex æquo perspicuum, & cognitu facile esse arbitror, consentaneum nimis esse, vt hominibus bonis res cedant bene, malis auté & im-

piis vt cedant malè. Dum nos anxiè cupimus vt id aliquando contingat, vix tandem rationé iniuimus, meo quidem iudicio expeditam, minimè ſtupidam, et ad ſuſceptum opus perficiundum longè cómmodiſsimá. Ea eſt huiuſmodi. Si Plutus viſum recuperarit, & poſita cæcitate oberrare deſierit, ad homines probos diuertet, nec ab eis vnquam deficiet. Prauos contrà & impios auerſabitur, qua ratione fiet, vt homines Plutus olim bonos, diuites & pios ſit redditurus omnes. Cedò quis cóſilium melius quàm hoc hominibus comminiſcatur?
BL. Nemo profectò, hoc ego tibi confirmo & teſtor: iſtud de Penia deſine percontari. CHR. Etenim ſi hominum vitam, vt nunc eſt, quis ſecum expenderit, an non inſaniam quandam, vel, vt verius dicam, miſeriam ſummam eſſe reputabit, & extremam infelicitatem? Quandoquidem bona hominum pars, quæ ſceleratiſsima eſt, opibus iniquè comparatis, hoc tempore diues ſpectatur. Interea optimi etiam quique inopia & fame oppreſsi, tecum ferè nullo non tempore verſantur. Viá qua iſthæc corrigantur, hanc ego eſſe cenſeo: Si Plutus viſum receperit. Ille enim hac via homines bonis cumulabit multò maximis.

γνῶναι. *γνῶναι τοῦτο, hoc noſſe, id eſt, τὴν τούτου γνῶσιν φαύλην εἶναι. Simili formula loquendi uſus eſt antea Carion, cum diceret, Δηλονότι καὶ τυφλῷ γνῶναι δοκεῖ τοῦθ' &c. ὁμοίως, æquè iuuenibus pariter ac ſenibus, pauperibus iuxta & diuitibus. τοὺς χρηστοὺς τῶν ἀνθρώπων, genitiuus pro accuſatiuo τοὺς ἀνθρώπους. Latini hoc imitati dicunt, albi piſcium, pro piſces. ἀθέους. uocant ἀθέους qui nulla religione tenentur, Deorum contemptores. Cur autem ſeorſim meminit ἀθέων, cùm uerbo generali, τοὺς πονηροὺς, comprehenderentur? hoc fortaſſe propter Socratem, quem fuiſſe inuiſum Ariſtophani ſequens comœdia quæ Νεφέλαι inſcribitur, palam arguit. Peßimè enim apud Athenienſes audiuit, quòd Priſcos, & ciuitatis Deos non colere iuuentutemq; docere non colendos, cenſeretur. Falſißimum tamen hoc fuiſſe Xenophon ait, qui uirum fuiſſe iuſtißimum, & ſapientißimum conſtanter aſſerit. Adeò periculoſum eſt uiros quamlibet doctos, cordatos & bonos inſano uulgo ſua conſilia retegere, ut quod ſtatim & peruicaciter*

Genitiuus.

ἄθεος.

Socrates.

peruicaciter damnet, quod non assequitur. τούτων, *repete* τῶν ἀνθρώπων, *ex hominibus autem qui mali essent, eos. s.* ἐστι δίκαιον τἀναντία πράττειν, *contrario se habere modo, nempe* κακῶς πράττειν. τἀναντία *aduerbium pro* τὰ ἐναντία, *lingua communi effertur singulariter* τοὐναντίον. δήπου *particula* βεβαιωτική. τοῦ *post* ὥστε, *hac serie uerborũ,* ἡμεῖς οὖν ἐπιθυμοῦντες ὥστε τοῦτο γνῶναι. *Nam* ὡς *&* ὥστε, *iuncta infinitiuo paßim inueniuntur. Quanquam nihil probibet post* ἐπιθυμοῦντες *posse locari.* μόλις. *Disputauit enim diu Chremylus cum Blepsidemo de curando Pluto, & Chremylus ipse apud se prius de ducendo eo ad Aesculapium cogitauerat. Ne quis putet hoc temerè & incogitanter ab ipsis esse susceptum.* νῳί, *Atticum pro* νῷ. τυφλὸς ὤν *Cum dixit* ἢν βλέψῃ, *cæcum significauit. cum itaque subdit,* καὶ μὴ τυφλὸς ὢν πρότερον ἦν, *idem* ἐκ παραλλήλου *repetiuit.* τῶν ἀνθρώπων, τοὺς ἀνθρώπους, *ut paulò antè* χρηστοὺς τῶν ἀνθρώπων. βαδιεῖται, *futurum Atticum: à* βαδίζω *enim commune futurum est* βαδίσω, *Atticum* βαδιῶ, *hinc medium* βαδιοῦμαι. φεύξεται, *anorme futurum à* φεύγομαι. πάντας. *Si bonos tantum adibit, quoniam hominibus innata est lucri, & diuitiarũ cupiditas, non alia ratione autem ditescere liceat, quàm ut quis melior fiat, meritò mali, mutatis in diuersum moribus malis, boni fient, quare & diuites.* θεοὺς σέβοντας, *numina colentes, pios, & religiosos: opponit hos* τοῖς ἀθέοις. ἐξεύροι. *Optatiuum ab* ἐξ *&* εὑρίσκω *uerbo anormi.* οὐδεὶς. *Alibi legas,* οὐδείς. *Dum uidit Blepsidemus Chremylum in Peniam intentum, uelleq; suum consilium de Penia probari (ut quã roget, sitne consilium ullum hoc suo salubrius) statim præoccupat loqui, & suo testimonio confirmare dictum. Chremyli.* μηδὲν, *in nullo. s.* κατά. ἀνδρῶτα, *pro simplice* ἐρῶτα, *aut* ἀνὰ *iterum, rursus, posthac.* ὡς. *Rara est huius uoculæ hæc significatio.* ὡς βίος διάκειται, *ut uita nobis hominibus iam est constituta, ut nunc uiuunt homines: Si quis considerabit, quæ sit inter homines, uiuendi ratio & conditio.* ἡγοῖτο *ab* ἡγέομαι *est.* κακοδαιμονίαν. *Promptum hinc est nosse* κακοδαιμονίαν *peius aliquid esse, quàm sit* μανία, *fortasse* μανίαν *uocat insaniam, quæ hominibus quãdoque accidit ex uitiato corpore, & humoribus corruptis: malum est humanum. At* κακοδαιμονίαν *intelligit, quòd à malo genio homini infertur. Quasi diceret, adeo præposterè res agi humanas, ut non tam malorum hominum consilio, quàm cacodæmonibus authoribus, & humanas res sursum deorsum uersantibus, putet gubernari. Vsqueadeo uidere est humana omnia in statu esse peruersißimo, ut hominum uitam*

τἀναντία. τοὐναντίον. δήπου. ὡς. ὥστε. νῳί. παράλληλον. βαδιεῖται. φεύξεται. ὡς. κακοδαιμονία. μανία.

Nomẽ subauditum. cum cacodæmonum uita, non abs re quis conferat. πολλοί. Ecce in quo humanam constituit Λυσσαιμονίαν. αὐτᾷ. s. τὰ ἀγαθὰ, ea quæ ipsis sunt bona. ξυλλεξάμενοι, à ξὺν pro σὺν, & λέγομαι fit συλλέγομαι colligo, congero. μετά σου. Qui cum Penia uiτὰ πλεῖστα. uit, sic pauper est & inops, ut diues, qui cum Pluto agit. τὰ πλεῖστα. s. κατὰ, ut plurimum, ferè semper. Quàm paucißimos uideas bonos, σύνειμι. & eosdem diuites. σύνεισι à σὺν & εἰμί, fit σύνειμι, uersor, conuiuo, familiaritate alicuius, & consuetudine utor. φημὶ, ita οὐκοῦν φημὶ ὁδὸν εἶναι ἣ παύσει ταῦτα. Quæsita igitur nobis est uia, quæ iniquam hanc rerum distributionem corrigat et emendet, ἥν τινα ἰὼν, quàm ingressus Plutus aliquando, si uidere illi dabitur, multo maiora tum hominibus erunt bona, quàm ea quæ nunc sunt. Ex ea re etenim fiet, ut qui sunt mali, tum sint boni, & qui pauperes, tum euadāt ἰών. diuites. Quare omnes erunt & boni & diuites. ἰὼν, participium ab εἶμι, uado. Subauditur præpositio διά. Per quam uiam c m incesserit, id est, postquam oculos receperit. πορίσειεν. Optatiuum Atticum à πορίζω.

ΠΕ. Ἀλλ' ὦ πάντων ῥᾷστ' ἀνθρώπων ἀναπεισθέντ' οὐχ ὑγιαίνειν
Δύο πρεσβύτα ξυνθιασώτα τοῦ ληρεῖν καὶ παραπαίειν.
εἰ τοῦτο γένοιθ', ὃ ποθεῖθ' ὑμεῖς, οὔ φημ' ἂν λυσιτελεῖν σφῷν.
εἰ γὰρ ὁ Πλοῦτος βλέψειε πάλιν, διανείμειέ τ' ἴσον ἑαυτὸν,
οὔτε τέχνην ἂν τῶν ἀνθρώπων, οὔτε σοφίαν μελετῴη
οὐδεὶς, ἀμφοῖν δ' ὑμῖν τούτοιν ἀφανισθέντοιν ἐθελήσει
τίς χαλκεύειν, ἢ ναυπηγεῖν, ἢ ῥάπτειν, ἢ τροχοποιεῖν,
ἢ σκυτοτομεῖν, ἢ πλινθουργεῖν, ἢ πλύνειν, ἢ σκυλοδεψεῖν.
ἢ γῆς ἀρότροις ῥήξας δάπεδον, καρπὸν Δηοῦς θερίσασθαι,
ἢν ἐξῇ ζῆν ἀργοῖς ὑμῖν, τούτων πάντων ἀμελοῦσιν;

PE. O senes, vt si qui hominum vspiam tales sunt, in consilia præpostera, & nocentissima facta illectos, viros nugarũ, & hallucinationis insanæ socios insanos. Si quod vos summa vi cupitis continget, id in rem vestram quî cessurum sit, nõ video. Pluto si visus restituetur, deinde is omnium communem se esse voluerit, neq;

artes

artes, neque disciplinæ vllæ cuiquam ex vniuersis mortalibus curæ sunt futurę, vobis nimirum authoribus exterminatæ, & de medio sublatæ. Quis amabo, ærarius faber, naupegus, vestiarius, trochopœus, quis calceolarius, plinthurgus, fullo, aut pellium tinctor esse volet? quis item arator, quis messor erit, si ociosis, & horum omnium securis vobis, viuere licebit?

ῥᾷστα, aduerbium superlatiuum poscit genitiuum ἀνθρώπων, omnium facilimè persuasi, & præcipitatis consilijs eò adducti, ut rem damni & incommodi plenam moliremini. οὐχ ὑγιαίνειν, non sanos esse, οὐδὲν ὑγιὲς ποιεῖν, nihil utile, neque frugis bonæ facere. ξυνθιασῶτα. θίασος congregatio est hominum rei diuinæ, maximè uerò Bacchi gratia coeuntium. Vergil.

Instituit Daphnis thiasos inducere Baccho.

Hinc ξυνθιασώτης rei diuinæ socius & particeps. Pro socio simpliciter accipitur. τοῦ λήρειν, pro substantiuo τῶν λήρων, nugarum & uesaniæ: falsidicos notat esse, & deliros senes. Est enim παραπαίω, aberro, aliud pro alio capio, hallucinor, sumptum ab ijs qui perperā fides pulsant. Qui nihil commeritos lædit, meritis malum parcit, uerè παραπαίει. διανείμαιτε, Atticum optatiuum à διανέμω. ἴσον. s. μέρος, æqualiter, nullo discrimine. οὔτε τέχνην, Quæ Chremylus Pluto tribuerat, cum illi diceret, τέχναι πᾶσαι διὰ σὲ καὶ σοφίσματα ἐν τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἔσθ' εὑρημένα, pugnant prorsus cū ijs quæ Penia sibi uendicat. μελετῴη. à μελετάω fit optatiuum commune μελετάοιμι, contractè μελετῷμι. Atticè μι, in ην uerso μελετῴην, ης, η. ἀμφοῖν, & ὑμῖν datiui sunt, alter dualis, alter pluralis, deest aūt præpositio ὑπὸ, sub ambobus uobis. i. authoritate et arbitratu uestro. δ', δὲ, quod est δὴ, sanè. s. τούτοιν ἀφανισθέντοιν, genitiui duales quos per ablatiuum absolutum reddas, his artibus & disciplinis aboletis. ναυπηγεῖν, naues cōpingere & conficere, hinc ναυπηγὸς construendarū nauiū peritus. sub hoc uerbo comprehende quidquid est in re nautica: ut per ῥάπτειν quæ cōstāt futura. τροχοποιεῖν est τροχοὺς. i. rotas facere: à parte totū significat, currus, et uehicula quæcūq; rotis agūtur. πλινθουργεῖν lateres et tegulas facere. Sub hoc cōtinetur figlinū quodcūq; opus. γῆς, aut aratris duros terræ cāpos ubi fregerit, est hæc γεωργίας. i. agriculturæ periphrasis, per quam arādi notatur difficultas. Quomodo et θερίσασθαι καρπὸν Δηοῦς pro solo θερίσασθαι, uocat segetes, fructum Cereris: nam homines quondam

ῥᾷστα. θίασος. Thiasus. ξυνθιασώτης. παραπαίειν. ἴσον. δέ. ναυπηγεῖν. ῥάπτειν. τροχοποιεῖν. πλινθουργεῖν.

Ceres. *glande uictitantes, Ceres docuit arare, & fruges esitare. Ouid.*
Prima Ceres unco glebam dimouit aratro:
Prima dedit fruges, alimentaq; mitia terris.

Δηώ. Et à Græcis Δηὼ appellari uidetur παρὰ τὸ δήω, quod est εὑρίσκω, inuenio, quoniam αὕτη ἐφεῦρε τὸν σῖτον. Variatur Δηὼ ut Λητώ.

ἐξῇ. ἐξῇ impersonale uerbū ἔξεστι, licet, habet subiunctiuū hoc, ἐξῇ, licuerit.

Χρ. Λῆρον ληρεῖς· ταῦτα γὰρ ἡμῖν πάντ' ὅσα νυνὶ κατέλεξας
οἱ θεράποντες μοχθήσουσι. Πε. πόθεν οὖν ἕξεις θεράποντας;
Χρ. ὠνησόμεθ' ἀργυρίου δήπου. Π. τίς δ' ἔσται πρῶτον ὁ πωλῶν,
ὅταν ἀργύριον κἀκεῖνος ἔχῃ; Χρ. κερδαίνειν βουλόμενός τις
ἔμπορος ἥκων ἐκ Θετταλίας παρὰ πλείστων ἀνδραποδιστῶν.
Πε. Ἀλλ' οὐδ' ἔσται πρῶτον ἁπάντων οὐδεὶς οὐδ' ἀνδραποδιστής
κατὰ τὸν λόγον ὃν σὺ λέγεις δήπου· τίς γὰρ πλουτῶν ἐθελήσει,
κινδυνεύων περὶ τῆς ψυχῆς τῆς αὑτοῦ, τοῦτο ποιῆσαι;
ὥστ' αὐτὸς ἀροῦν ἐπαναγκασθεὶς, καὶ σκάπτειν, τἄλλα τε μοχθεῖν
ὀδυνηρότερον τρίψεις βίοτον πολὺ τοῦ νῦν. Χ. ἐς κεφαλήν σοι.
Πε. ἔτι δ' οὐχ ἕξεις οὔτ' ἐν κλίνῃ καταδαρθεῖν· οὐ γὰρ ἔσονται.
οὔτε τάπησιν· τίς γὰρ ὑφαίνειν ἐθελήσει, χρυσίου ὄντος;
οὔτε μύροισι μυρίσαι στακτοῖς, ὁπόταν νύμφην ἀγάγησθον,
οὔθ' ἱματίων βαπτῶν δαπάναις κοσμῆσαι ποικιλομόρφων.
καί τοι, τί πλέον πλουτεῖν ἐστι πάντων τούτων ἀποροῦντας;
παρ' ἐμοῦ δ' ἔστιν ταῦτ' εὔπορα πάνθ' ὑμῖν ὧν δεῖσθον· ἐγὼ γὰρ
τὸν χειροτέχνην ὥσπερ δέσποιν' ἐπαναγκάζουσα κάθημαι
διὰ τὴν χρείαν, καὶ τὴν πενίαν ζητεῖν ὁπόθεν βίον ἕξει.

CHR. Hæ sunt meræ nugæ, nā quæ tu nobis longo recensuisti catalogo, ea nostri serui labore conficient suo. PE. Vnde autem tibi serui? CH. Comparabimus certè pecunia. PE. Vbi verò inuenias qui primus seruos vendat huiusmodi, cum nulli desit argētum? CHR. Venales producet auarus quispiam mercator Thessalus: nunquā enim illic vlla est seruorū

inopia

inopia. PE. At siquidem id futurum est quod dicis, nemo andrapodista esse volet. Quęso, quis (qui ipse modò diues sit) volet certo vitæ discrimine, vilium mancipiorum negotiator vilis haberi? Propterea tum cogêris ipse, multo miserior quàm nunc, arare, fodere, cæteraq; huius generis munia obire. CHR. In tuum ipsius caput recidat hoc infortunium. PE. Huc accedit, quod neque in lectis (neque enim lecti erunt vlli) neque in tapetibus sis dormiturus: nam qui in loculis aurum habebit, texere dignabitur scilicet. Iam si erit ducenda vxor, neque stillatitia olebitis vnguenta, nec picturatis, ac sumptuosè tinctis vestibus comptuli eritis. Hisce omnibus qui carent, non est cur in numero diuitū censeantur. Omnia autem hæc, si quando vobis est illis opus, meo vnius munere, & cura, statim vobis sunt ad manū. Ego enim haud aliter quàm imperiosa quædam domina, opificibus harum rerum adstās, rerum vsu ita postulante, & inopia premente, eos viam aliquam tolerandæ vitæ quæsitare compello.

λῆρον ληρεῖς. Atticum pro ληρεῖς solùm: tale fuit τόλμημα τολμᾶτον. πωλῶν uendens, pro πωλητής, τίς πρῶτον πωλήσει; quis lubens careat seruis, quorum opera rem facit? Quod enim quandoque uendantur, compellit inopia, cui tum nullus erit locus.

Θετταλίας, Thessala gens non solùm malè audiuit olim, quòd perfida, quod mollis & uenefica, sed & quòd plagiaria esset. Seruos enim alienos dolis circunductos, & à suis dominis subductos, pro suis uendebat. Sunt qui dicant eos non modò seruos, sed & liberos homines pro seruis in peregrinis & remotioribus locis uendere consueuisse. Propterea poëta obiter eos mordet. (Thessali.) *παρὰ s. λαβών, uel ἐωνημένος quos ipse acceperit ab andrapodistis, qui illic sunt frequētes & permulti.* (Participiū subauditum) *ἀνδραποδιστής. Nomen est ductum παρὰ τὸ ἄνδρας ἀποδίδοσθαι, à uendendis hominibus: uel ut alij, παρὰ τὸ ἀνδράποδον & δίδωμι, à tradēdis seruis.* (ἀνδραποδιστής.) *ἀνδράποδον uerò dicitur ὁ πούς ὁ ἐν ἀνδράσιν pes hominum, quòd quemadmodum pes corpori subijcitur, ita & seruus domino.* (ἀνδράποδον.) *οὐδὲ ἔσαι πρῶτον. Tres ponit negationes pro duabus, nullus erit primus, ne andrapodista quidem Thessalus. Si enim uerum est quod antea dixit Chremylus, τὸν πλοῦτον ποιήσειν πάντας* (Negatio.)

χρυσοῦς καὶ πλουτοῦντας. Vbi sentiāt omnes se diuites, cessabit quātumlibet auarus homo ἀνδραποδιστὴς esse, neque huc ueniet κερδαίνειν βουλόμενος, quoniam non solùm diues non est, qui amplius lucrari cupit, sed multò etiam minus talis est, qui κινδυνεύων περὶ τῆς ψυχῆς τῆς αὐτοῦ, hoc facere audet. τ' ἄλλα reliquosq; uitæ humanæ labores exhaurire coactus. τρίβεις βίοτον, terit uitam potius quàm uita fruatur, qui calamitosè & acerbè uiuit. τοῦ νῦν, quàm nunc, quàm hoc tempore & in eo statu rerum qui nunc est, ut non sit cur rerum nouarum ita studiosus esse debeas. Articulus τοῦ cum νῦν pro adiectiuo præsenti, ponuntur: uitam deges multò miseriorem, præsenti. i. quàm ea est quam nunc degis. ἐς κεφαλήν. Chremylus bene memor, laborum quos hactenus perpessus erat, eos abominatur, & in Peniæ caput retorquet. Verba hæc, ἐς κεφαλήν σοι olim apud rusticos prouerbium fuisse, quo imprecabantur ut malum in authorem mali recideret, ex Platone intelligi potest. εἰ μὴ, inquit, ἀγροικότερον ἦν εἰπεῖν, εἶπον ἄν, σοὶ εἰς κεφαλήν, id est, si rusticius dictu nō esset dicere, dicerem, Tibi in caput. s. recidat: σοὶ autem pro εἰς τὴν σὴν accipe. Parum est hoc alienum, ab eo quod antea Carion de turre Timothei dixit Chremylo ἐμπέσοι γέ σοι. οὐχ ἕξεις, οὐ δυνήσῃ, non licebit tibi. καταδαρθεῖν, à κατὰ & δαρθάνω uerbo anormi. ἔσονται s. κλῖναι. ἐν τάπησι). Lecti tapetibus sternuntur, uel ad ornatum lecti & domus, uel ad frigus arcendum. frigori depellendo aptiores erant qui ἀμφιτάπητες & ἀμφίμαλλοι dicebantur, id est, utrinque hirsuti: calorem enim minus fouent ἑτερόμαλλοι. i. altera tantùm facie uillosi. ὑφαίνειν, non solùm est texere, sed carminare, & quæcunque quomodocunque artem iuuant textrinam. σακτοῖς liquidis, & stillatim collectis. Sunt enim & ξηρὰ unguenta, id est, fixa & sicca. Moris fuit ueteribus ut cum bellarijs & corollis unguenta in secundas mensas uenirent, quibus pectus ungeretur & caput: nam præter quàm quod fragrantia & odore grato oblectabant, corpori etiam utilia erant. Alia autem alijs rebus, alio tempore commodiora. Quæ ex rosa & uiola conficiebantur, quoniam meatus restringunt, uapores repercutiunt ascendentes, propterea, καρηβαρίαν, & capitis grauamina largius potis sedabant. Quæ ex ligustro & baccare, suauem inducebant soporem. Sic aliorum erat alius usus. Legimus Solonem & unguenta & unguentarios esse execratum. Et Spartam neque hos, neque infectores admittere uoluisse: mollitiem enim in his esse, quæ uiros, præsertim bellicosos (quales semper habiti Spartani) minimè

Margin notes: τρίβειν βίοτον. | τοῦ νῦν. | ἐς κεφαλήν | Verbū subauditum. | Pronomen primitiuum pro deriuatiuo. | Tapetes. | ἀμφιτάπητες. | ἀμφίμαλλοι. | ἑτερόμαλλοι. | ὑφαίνειν. | στακτός. | ξηρός. | Vnguenta. | Sparta. | Infectores.

minimè deceat. ἀγάγηθον. ἄγω *indefinitum & habet* ἦγον, *Atticum* ἤγαγον, *unde est medium* ἠγαγόμην, *quod facit subiunctiuum* ἀγάγωμαι, *à quo hæc dualis persona.* δαπάναις, *neque poteritis uos ornare sumptibus uestium, pro sumptuosis uestibus,* τοῖς ἱματίοις δαπανοῖς, καὶ πολυτελέσι. καί τοι. *Iam quod si ita res habet:* τί, ἐστι. ſ. ἀνθρώπους πλουτεῖν πλέον, *quid est quod dicamus homines amplius ditescere solito, ubi omnia hæc illis defuerint. Quasi diceret pauperiores multo futuros, quare non modò uanum esse consiliũ horum senum, sed & hominibus longè deterrimum futurum.* δεῖσθον *contractum à* δέεσθον, *thema* δέομαι. κάθημαι *sedeo, authoritatem hinc sibi parat: ipsa nihil ago, sedendo tantùm impero, nec est ineff:cax meum imperium, ut quod uel nolentes cogat.*

ἀγάγηθον.

Χρ. Σὺ δ' ἂν πορίσαι τί δύναι' ἀγαθὸν, πλὴν φῴδων ἐκ βα-
καὶ παιδαρίων ὑποπεινώντων καὶ γρᾳδίων κολοσυρτόν; (λανείου
φθειρῶν τ' ἀριθμὸν, καὶ κωνώπων, καὶ ψυλλῶν; οὐδὲ λέγω σοι
ὑπὸ τοῦ πλήθους, αἳ βομβοῦσαι περὶ τὴν κεφαλὴν ἀνιῶσιν,
ἐπεγείρουσαι, καὶ φάσκουσαι, πεινήσεις· ἀλλ' ἐπανίστω.
πρὸς δέ γε τούτοις, ἀνθ' ἱματίου μὲν ἔχειν ῥάκος; ἀντὶ δὲ κλίνης,
στιβάδα σχοίνων κόρεων μεστήν; ἣ τοὺς εὕδοντας ἐγείρει.
καὶ φορμὸν ἔχειν ἀντὶ τάπητος σαπρόν; ἀντὶ δὲ προσκεφαλαίου
λίθον εὐμεγέθη πρὸς τῇ κεφαλῇ; σιτεῖσθαι δ' ἀντὶ μὲν ἄρτων,
μαλάχης πτόρθους; ἀντὶ δὲ μάζης, φύλλ' ἰσχνῶν ῥαφανίδων;
ἀντὶ δὲ θρανοῦς, στάμνου κεφαλὴν κατεαγότος; ἀντὶ δὲ μάκτρας
πιθάκνης πλευρὰν, ἐρρωγυῖαν καὶ ταύτην; ἆρά γε πολλῶν
ἀγαθῶν πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις ἀποφαίνω σ' αἰτίαν οὖσαν;

CHR. Túnc hominibus aliud bonum suppedites, quàm phodes balnearias? quàm esurientum puerulorũ, & vetularum gementium querulas voces? quàm numerum, quantum prę multitudine nemo exprimere queat, pediculorum, culicum & pulicum? quæ odioso bombo suo nos vsque excitant, auribus nostris hoc occinentes: Properè surge miser, instat fames. Ad hæc facis vt pro

veste, detritis operiamur pannis. Pro lecto, vtamur grabato cimicibus pleno: ob idque in quo nullus, quantúlibet graui somno captus, dormiat. Pro tapete, storea putris est. Pro puluinari, nostro capiti lapis ingẽs substernitur. Pro pane & maza, maluæ ramusculis & exilium raphanorum foliis vesci cogimur. Defessis, cadus effractus sedem præbet. Mactræ loco, vtimur dolioli latere, consciffo & ipso. Num, obsecro, omnibus hominibus te causam esse multorum bonorum hinc liquidò constat?

φῷδες. *δώσαιτο, optatiuum est à δώσαμαι. φῴδων. Sũt φῷδες rubentes maculæ cruribus inductæ ex nimia ignis propinquitate, quæ pauperibus maximè insunt: dum enim ferè nudi horrent frigore, ad ignem accedunt, quàm possunt proximè, unde eas sibi contrahunt. ἐκ βαλανείου s. participium γιγνομένων, uel aliud simile, quæ accedunt, à balneo. Hybernis enim temporibus quibus balneum intrare per pecuniam non licebat, saltem hoc precibus impetrabant, ut ad ignem balneo subiectum quandoque accederent, uel prunas inde in suas ades referrent: nam qui in balneo sunt, huiusmodi ἐρυθήματα non ita sibi contrahunt.* κολοσυρτός. κόλα. φρύγανα. *κολοσυρτόν. Propriè uolunt hoc nomẽ significare sonũ qui fit ex aridis lignis detractis: ὁ κτύπος ἀπὸ κόλων συρομένων: uocant enim κόλα τὰ φρύγανα, ligna exiccata. Per metaphorã notat sonum quemcunque molestum, & auribus ingratum, qualis est uel puerorum fame tabescentium, uel muliercularum senio confectarũ, ea enim nunquam non gemere, & plangere audiuntur.* [marginal manuscript note: κτύπος ου sonus fragor] *φθειρῶν· enumerat aliquot animalcula inopibus familiaria: illic enim nascuntur, ubi sordes, situs, & squallor. λέγω s. ἀριθμὸν, numerum tibi non dico quantum. Innumera ergo esse ait. βομβοῦσαι sonum edentes,* βομβεῖν. *βομ, βομ, est enim βομβεῖν factitium uerbum, quod neque ad φθεῖρας, neque ad ψύλλας est referendum, ut pote ἀφώνους, sed ad κώνωπας.* κώνωπες. *quo nomine non modo culices notat, sed muscas, & fucos, aliaq; eius generis, quæ quoniam lacte & fructibus gaudent, idcirco in* Genus. *casis & domunculis agrestium agminatim uolitant βομβοῦντα. Quò autem pertinent hæc, αἱ βομβοῦσαι, cum de pullicibus βόμβος nõ dicatur, neque de pediculis? Habuit rationem uocis proximæ, ψυλλῶν, quod ad syntaxin pertinebat uerborum non ad sensum orationis.* ἀλλά· ἐπανίστω. *φράζουσαι. Prsopopœia. ἀλλὰ, dictio hæc παρακελευσματικὴ est, quare age. ἐπανίστω, Imperatiuum ab ἐπανίσταμαι. Communis persona est ἐπανίστασο, Ionica ἐπανίσταο, Attica cõtracta, ἐπανίστω.*

ἱματίου

ἱματίϐ. Contra id quod Penia dixit, οὐδ' ἱματίων βαπτῶν etc. Tantum abest ut uestimentis induamur preciose infectis, ut uix etiam centonibus tegamur. σιβάδα. Thorus humi iacens, ex lignis & ramis confectus uel paleis & folijs, Græcis uocatur σιβὰς uel σιβάδιον, nonnulli ἀνακλιντήριον appellant. Stibadis tenuitatem uoluit expressam, cum σχοινῶν addidit. i. iuncorum, ex iuncis confectam: siue ianceam culcitram, quæ dormientem magis frangat, quàm reficiat.

σιβάς. ἀνακλιντήριον.

κόρεων. Cimex odore fœtidus est, in lectis ferè nascitur, ex corrupto ligno, uel paleis. Opponit hoc μύροις σακτοῖς quorum meminerat Penia. Addidit autem μεςὴν ὑπερβολικῶς. εὕδοντας, nõ modò dormiturientes, sed & iam dormientes, & alto sopore destertentes. φορμὸν, nos tegetem aut stoream uocamus, stramineum tegmen. εὐμεγέθη. Durities, non uastitas lapidis, obstat dormienti, sed rustico more duritiem à magnitudine metitur. μαλάχης, malua est hortensis & satiua quæ quàm agrestis, sapidior multo est & esui aptior, quanquam utraque parum admodum sapida. Inter multas commoditates, præcipuum hoc habet incommodum, quod stomacho aduersetur. Eius autem rationem habet magis ex sapore, quàm ex occultiore utilitate. ἰσχνῶν, tenuium, gracilium. Atqui hoc nomine uidentur folia commendabiliora, quo enim magis sunt tenuia, eo sunt teneriora: sed innuit propter egestatem ipsi non licere expectare dum folia in iustam excreuerint magnitudinem. ῥαφανίδων. Interpres Græcus ait per quintam declinationem ῥαφανίδων, Atticè dici pro ῥαφάνων. Olim autem ῥάφανον fuisse, quod nunc κράμβην. i. brassicam appellamus. σάμιϐ. σάμνος uel σάμνιον dicitur ἀμφορεὺς ἐν ᾧ ὁ οἶνος βάλλεται. i. amphora in qua uinum fertur, duo habet latera, uinum hinc inde continentia, ut sedeat super stannum, oportet alterum latus deprimi, alterum leuari, quod sursum spectat κεφαλὴν appellat, quòd autem addit caput illud fractum esse, notat hinc molestiam quam sentit sedendo, apertum enim uas podex ingreditur, quare non quiescit: nates uerò à circunferentia cui insident, grauiter læduntur, ea enim nonnihil acuta est, aut certe non satis obtusa, quo fit, ut qui ita sedeat, illic diu non consistat, nisi ægerrime. καπαγότος. Participium est medium à κατάγνυμαι. Vide ἄγω in catalogo τῶν ἀνωμάλων. μάκτρα παρὰ τὸ μάσσω. i. pinso dicitur, arca est in qua panis pinsitur. Ridiculè ait se pro mactra uti latere dolioli, quod rimosum sit, & diductum. Si enim rimas agit, uix est ut farinam & aquam subigendo pani contineat. ἐρρωγυῖαν. ῥήσσω, findo, scindo, medium facit ῥήσσομαι. cuius perfectum ἔρρηγα, mutat η in ω, unde

κόρις. Cimex. φορμός. Malua. ῥαφανίς. σάμνος. καπαγώς. μάκτρα.

ἔρρωγα

ἐῤῥωγώς. ἔῤῥωγα, quod creat participium ἐῤῥωγὼς· ἐῤῥωγυῖα.

ΠΕ. Σὺ μὲν οὖν τὸν ἐμὸν βίον εἴρηκας, τὸν τῶν πτωχῶν δ' ὑπεκρούσω.
ΧΡ. Οὐκοῦν δήπου τῆς πτωχείας πενίαν φαμὲν εἶναι ἀδελφήν.
ΠΕ. Ὑμεῖς γ', οἵπερ καὶ Θρασυβούλῳ Διονύσιον εἶναι ὅμοιον.
Ἀλλ' οὐχ ὁ ἐμὸς τοῦτο πέπονθε βίος· οὐ μὰ Δί', οὐδέ γε μέλλει.
Πτωχοῦ μὲν γὰρ βίος, ὃν σὺ λέγεις, ζῆν ἐστι μηδὲν ἔχοντα·
Τοῦ δὲ πένητος, ζῆν φειδόμενον, καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα.
Περιγίγνεσθαι δ' αὐτῷ μηδὲν, μὴ μέντοι μηδ' ἐπιλείπειν.
ΧΡ. Ὡς μακαρίτην, ὦ Δάματερ, τὸν βίον αὐτοῦ κατέλεξας·
Εἰ φεισάμενος καὶ μοχθήσας, καταλείψει μηδὲ ταφῆναι.

PE. Quę dixisti, non in meos, sed in mendicorum competunt mores. CHR. Atenim nos paupertatem mendicitatis sororem esse censemus. PE. Credo censetis vos, qui Dionysium Thrasybulo similem esse existimatis. Hactenus nunquam tale quidquam vitæ meæ accidit, neque porrò continget. Mendici, de quib⁹ agis, sic viuunt, vt viuendo nihil habeant. Pauperes viuendo suis parcunt, & aliquid rerum gerunt: vt nihil est quod pauperi abundet, ita nihil est, quod ipsi desit. CH. O Ceres, quàm beatam, quàm felicem pauperis vitam nobis narras! qui parcendo, qui laborando, ita demum agit, vt moriens ne relinquat quidem vnde sepeliatur.

ὑπεκρούσω. *τῶν πτωχῶν. s. βίον. ὑπεκρούσω, secunda persona indefiniti prioris medij, ab ὑπεκρούομαι, quod propriè est, fides pulso. ἀδελφὴν, sororem, coniunctissimam, & similimam. οἵπερ. s. φατέ. Exemplaria quædam ita habent, Διονύσιον φάθ' ὁμοῖον. Vbi εἶναι subaudiendum, & ὁμοῖον Atticè, pro ὅμοιον, effertur. Θρασυβούλῳ. Thrasybulus Atheniensis uir fuit supramodum φιλόπολις, & democratiæ Atheniēsis studiosus, qui quinquaginta tyrannos, quos Lacedæmonij uictores Atheniensibus uictis constituerant, de Tyrannide fortiter expulit. Dionysius contrà, in Sicilia uixit Tyrannus pestilentissimus. Sicq; uixit, ut tandem exutus imperio, coactus sit Corinthi ludum aperire, & pueros literas docere. Quoniam itaque hi fuerunt inter se studijs multo diuersissimis, factum est, ut qui res longo interuallo inter se dissidentes*

Thrasybulus.

Dionysius.

ſidentes componerent, Dionyſium Thraſybulo ſimilem exiſtimare dicerentur. ὁ ὑμὸς pro ὁ ἐμός. *nam o & ε in ου contrahuntur.* ὁὑμός.

τὸ, *hoc: eas incommoditates quas pauperibus eſſe dixiſti, mea uita non paſſa eſt. i. ego dum uixi nunquam ea mala ſuſtinui.* πέπονθε, *perfectum medium ab anormi* πάσχω, *patior. Latinè non infeliciter per contingit, redditur.* οὐ μὰ δί'. *Tribus negationibus, & iureiurando interpoſito, rem aſſeuerantius negat.* μέλλει ſ. πείσεσθαι, *paßura eſt.* πτωχοῦ. *Statuit diſcrimen inter* πένητα καὶ πτωχόν. *Mendicus uiuit cùm nihil ipſe habeat, ſed ex alijs mendicatim accipiat. Propterea dictum uolunt* πτωχὸν ὡς ἐκπεπτωκότα καὶ καταλθόντα ἀπὸ τοῦ πλούτου εἰς ἔνδειαν, *id eſt, qui à diuitijs excidit, & lapſus eſt in rerum carẽtiam, & penuriam. At* πένης παρὰ τὸ πένεσθαι, *quod eſt* ἐργάζεσθαι, *laboribus & ſudore bona ſibi parare. Mendicus in neceſſitate, peram habet confugium unicum: Pauper, laborem & induſtriã.* πτωχός. πένης.

ἔχοντα. ſ. πτωχόν. *Vita mendici eſt, eum nihil habentem uiuere. i. ut uiuat de alieno tantùm.* τοῦ δὲ πένητος. ſ. βίος ἐστί, *contrà pauperis uita ſic eſt, ut uiuat parcendo, habet itaque aliquid pauper: prætereà* προσέχοντα. ſ. τὸν νοῦν, *animum adiungẽtem ut uelit rebus gerendis animum applicare, Laborem non detrectare.* μηδέν. *Medius eſt pauper inter diuitem & mendicum: diuiti res familiaris abũdat, mendico deficit, pauperi neque abundat, neque deeſt, tantùm habet quod ad uitam ſatis eſt.* μακαρίτης *propriè dici uolunt, de eo qui iam ſit mortuus, & ideo beatus, quòd à miſerijs quæ in uita ſunt, liber ſit. Rectè igitur ſignificat uitam mendici, quandam eſſe mortis ſpeciem, & non aliud eſſe, quàm* βίον νεκρόβιον, *mortuam uitam. Alioqui dixiſſet,* μακάριον βίον. δάματερ. *Doricè & ruſticè, pro* Δήμητερ. *Vrbanius dictum eſſet,* ὦ Ζεῦ. μηδὲ ταφῆναι, *ne ſepeliri quidem. i.* μηδὲ τὰ εἰς τὴν ταφὴν ἀναγκαῖα, *id eſt, quæ exequijs & ſepulturæ ſufficiant.* Diues. Pauper. Mendicus. μακαρίτης δάματερ.

ΠΕ. Σκώπτειν πειρᾷ, καὶ κωμῳδεῖν τῆς σπουδάζειν ἀμελήσας·
οὐ γινώσκων, ὅτι τοῦ Πλούτου παρέχω βελτίονας ἄνδρας
καὶ τὴν γνώμην, καὶ τὴν ἰδέαν. παρὰ τῷ μὲν γὰρ ποδαγρῶντες,
καὶ γαστρώδεις, καὶ παχύκνημοι, καὶ πίονές εἰσιν ἀσελγῶς·
παρ' ἐμοὶ δ' ἰσχνοί, καὶ σφηκώδεις, καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἀνιαροί.
ΧΡ. Ὑπὸ τοῦ λιμοῦ γὰρ ἴσως αὐτοῖς τὸ σφηκῶδες σὺ πορίζεις.
ΠΕ. Περὶ σωφροσύνης ἤδη τοίνυν περανῶ σφῷν, κἀναδιδάξω

ὅτι κοσμιότης οἰκεῖ μετ' ἐμοῦ, τοῦ Πλούτου δ' ἐστὶν ὑβρίζειν.
ΧΡ. πάνυ γοῦν κλέπτειν κόσμιόν ἐστι, καὶ τοὺς τοίχους διορύττειν.
ΒΛ. νὴ τὸν Δί', εἴγε δεῖ λαθεῖν αὐτὸν, πῶς οὐχὶ κόσμιόν ἐστι;

PE. Totus in hoc eſſe pergis, vt ſpretis rebus ſeriis, & grauibus, ſcommatis me protrahas, & iocis. Quin tu tecũ expende, viros per me quã per Plutũ euadere præſtantiores, idque ſiue animi, ſiue corporis ſpectaris modum, videas apud Plutum podagroſos, ventroſos, ſurarum onere grauatos, prodigioſè obeſos. E diuerſo, qui conſuetudine mea & familiaritate vtuntur, agiles ſunt, graciles, hoſtibus etiam ipſis permoleſti & formidabiles. CHR. Tuis fortaſſe ex inedia, & multo ieiunio gracilitas ea paratur. PE. Imò verò lubet etiam de meorum modeſtia paucis vobiſcum agere, voſque apertè docere, quomodo mihi, & meis amica ſit honeſtas, Pluto autem iniuria. CHR. Admodum certè pulchrum eſt furari, & alienos effodere muros. BL. Vtique ſanè. Rogo, ſi eum qui talia admittit, latitare oportet, quomodo tibi hæc non honeſta videantur?

κωμῳδεῖν

πειρᾷ, conaris, ſecunda perſona ἀ πειράομαι. κωμῳδεῖν. Vt Tragici eſt luctum ſpectatoribus excitare, ita comici, riſum. Hinc frõs comica pro exporrecta & hilari accipitur, & comici ſales & riſus, pro ſuauibus feſtiuis & iucundis. Præter facetias autem recipit comœdia etiam ſcommata, & mordacia dicteria. Hoc poſterius per uerbum σκώπτειν notatur, ſignificat enim ὑβρίζειν. Alterum uerò, nẽpe iocari per κωμῳδεῖν. i. παίζειν. tametſi κωμῳδεῖν utramque habere ſignificationem non me fugit. τοῦ σπουδάζειν, τῶν σπουδαίων. πλούτου. dicimus βελτίονας τοῦ πλούτου, non meliores Pluto ſed meliores quàm Plutus præbeat. τὴν γνώμην. ſ. κατά. per ἰδέαν, formam accipe, & corporis habitum. τῷδ' pro τούτῳ.

σκώπτειν.

ἰδέα.

Podagra.

ποδαγρῶντες. Podagra morbus ferè eſt φιλοδείπνων, & gulonum. Lectum eſt, uiros articulari morbo & podagra laborantes, cum ad menſam reducti fuiſſent frugaliorem, ſuo morbo eſſe liberatos. γαστρώδεις, & uentroſi, & ſura ſaginata homines tardi, & πίονες, id eſt, corpulenti, & craſſi, ſuam adipem nulli, quàm

crapulæ debent, ubi autem si nō apud diuites, ἀδηφαγίαν expleas?

ἀσελγῶς, σελγοί, *ut scribunt*, ἔθνος σωφρονέστατον ἐστι, ἔνθεν ἀσελγεῖς μὴ σώφρονες, *id est, Selgi, gens est temperatißima, hinc aselges dicti, intemperati. Ergo* ἀσελγῶς *immoderatè, supramodum. Nam* ἀσελγὲς *uocāt prægrande, & ἄνεμον ἀσελγῆ, magnum uentum.* σφηκώδης, ὡς σφῆκες λεπτοί, *quibus, ut uespis, corpus est gracilè. Ne quis autem putet eos ideo uiribus destitutos, & imbelles, quòd macie sint confecti, Penia statim subijcit,* καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἀνιαροί, *& hostibus infesti. Primùm consilio, cùm præpingues illi nihil aut parum prospiciant: uenter enim eorum oppletus, & exæstuans animum obruit. Deinde corpore, nam bello gerendo, & hosti debellando sunt aptiores, uictum hostem persequuntur alacrius, à uictore fugiunt expeditius. Proinde Epaminondas Thebanorum dux, cùm unum aliquem ex suis uentrem gestare uideret prominentiorem, ab exercitu ibit submouendum, propterea quòd (hæc enim fuit honesta submouendi illius causa) uix tres, quatuórue clypei uentrem eũ tegerent, qui impedimento fuisset, quo minus ille sua pudenda, uideret unquàm.* τὸ σφηκῶδες, τὴν κουφότητα, *exilitatem. Est in his uerbis,* σκῶμμα, *sed ad quod Penia non uidetur aduertere, nam neglecto eo, persequitur institutum. Itaque postquàm compendiosè de ijs dixit, quæ ad corpus pertinent, transit ad ea quæ animi sunt.* περανῶ *futurum à* περαίνω, *absoluam paucis, ne uerbosior uidear, & ne loquacitatem nimiam prætendētes, meam causam audire nolitis.* ἀναδιδάξω. *Propriè hoc: est enim* ἀναδιδάσκω *contrà quàm quis credat, aliquid doceo & demonstro.* ὑβρίζειν, ἡ ὕβρις. πάνυ γοῦν. *Ironia est, quam Blepsidemus alia excipit ironia dum subdit,* νὴ τὸν Δία. αὐτὸν γ. κλέπτειν ἢ τοιχωρύχον.

σελγοί. ἀσελγῶς. σφηκώδης

Epaminōdas.

ἀναδιδάσκω.

Nomen tacitum.

ΠΕ. Σκέψαι τοίνυν γ' ἐν ταῖς πόλεσι τοὺς ῥήτορας, ὡς ὁπόταν μὲν
ὦσι πένητες, περὶ τὸν δῆμον, καὶ τὴν πόλιν εἰσὶ δίκαιοι·
πλουτήσαντες δ' ἀπὸ τῶν κοινῶν, παραχρῆμα ἄδικοι γεγένηνται.
ἐπιβουλεύουσί τε τῷ πλήθει, καὶ τῷ δήμῳ πολεμοῦσιν. (ἐνοῦσα.
ΧΡ. Ἀλλ' οὐ ψεύδει τούτων γ' οὐδὲν, καίπερ σφόδρα βάσκανος
Ἀτὰρ οὐχ ἧττόν γ' οὐδὲν κλαύσει, μηδὲν ταύτῃ γε κομήσῃς,
ὅτι γε ζητεῖς τοῦτ' ἀναπείσειν ἡμᾶς, ὡς ἔστιν ἄμεινον

πενία πλούτου. γε. καὶ σύγ' ἐλέγξαι μ' οὔπω δύνασαι περὶ τούτου,
ἀλλὰ φλυαρεῖς, καὶ πτερυγίζεις. χ. καὶ πῶς φεύγουσί σ' ἅπαντες;
γε. ὅτι βελτίους αὐτοὺς ποιῶ. σκέψασθαι δ' ἔστι μάλιστα
ἀπὸ τῶν παίδων· τοὺς γὰρ πατέρας φεύγουσι φρονοῦντας ἄριστα
αὐτοῖς. οὕτω διαγιγνώσκειν χαλεπὸν πρᾶγμ' ἐστὶ δίκαιον.

PE. Si verba mea fidem apud te non accipiunt, vide in vrbibus quid rhetores faciant: hi certè tantisper dũ pauperes sunt, mirum quàm & in ciues, & in rempub. iustos se præbeãt. De publico autem ditati, protinus iniusti fiunt, plebeculæ insidiantur, quin aduersus populũ etiam bellum suscipiunt. CH. Etiam si cum primis es vana, et improba, in hoc tamen nihil quidquã es mẽtita, sed nihilosecius isthuc haud inultũ feres: vt ne propterea efferaris, quòd hac ratione nobis persuadere coneris, paupertatem diuitiis esse potiorem. PE. Hac in re tamen tu nondum me conuincere potuisti: tantũ nugaris, & verbis deblateras inanibus. CH. Dic ergo quî fiat vt te fugiant omnes? PE. Quòd per me fiant meliores. Id de pueris, si quidem aliunde vsquam, promptum est nosse: hi etenim patrum suorum, optima quæque etiam ipsis consulentium, auersantur conspectum. Vsqueadeò quid iustum vel iniustum sit statuere, hominibus res est operosa!

Rhetores. *τοὺς ῥήτορας. Ecce ut suum in rethores odium nescit dißimulare! Iam anteà insectatus eos erat illic apertißimè: ἔτζοι δ' ἐπλούτουν, ἱερόσυλοι ῥήτορες, καὶ συκοφάνται. Et illic, ὃ σῶμ' ἐπλούτησας κέρμασι τῶν ῥητόρων. περὶ τὸν δῆμον, in causis priuatis. περὶ τὴν πόλιν, in communi & publica causa. τῶν κοινῶν. s. χρημάτων. ἐπιβουλεύουσι, popellum circumueniunt, & bona eius insidiosa oratione ad se trahunt. πολεμοῦσιν· non armis, & aperto Marte dimicant, sed orationibus, quibus reipublicæ statum perturbant, & urbem factionibus proscindũt: tũc. n. ad dicendũ maximè prodeunt, ex cõmunibusq; incõmodis uberrima sibi & amplißima cõparant commoda. ψεύδει, Atticũ, pro ψεύδῃ & τούτων pro ἐν τούτοις, οὐκ & οὐδὲν pro solo οὐδὲν, κατ' οὐδέν. nulla in parte in negotio rhetorũ.* κλαύσει. κλαύσει

itidem

itidem pro κλαύσῃ à κλαίομαι, quāquam κλαίω usitatius. Scilicet Attici uoces paßiuas pro actiuis amant capere. ταύτῃ. s. αἰτίᾳ uel ὁδῷ, hac uia, ratione & causa, quoniā scilicet aliquid dixeris de rhetoribus, quod uolentes credidimus, neque ullo modo tibi in ea re cōtradiximus. ὅτι respicit uerbum κλαύσει. τοῦτο, hoc quod sequitur ὡς ἐστιν ἀμείνων &c. περὶ τούτου, in hac disputatione, utrum præstet diuitiæ ne an paupertas. πτερυγίζειν. uerbum hoc ad auiculas pertinet, uolitare gestientes, per ætatem uerò adhuc inuolucres: per metaphoram significat frustra conari, ματαιοπονεῖν καὶ οὐδὲν ἀνύειν. Multa quidem dicis, uerùm nihil efficis. φρονοῦντας, animo & secum illis quærentes optima, & saluberrima, optimè illis uolentes. Quomodo, inquit, filij patres suos fugiunt, non ob id quòd sint patres (hoc nomine enim eos potius amplectuntur) sed quòd patres de filijs exigant, quod ipsis bonum est. Sic & homines me fugiunt, non odio mei, sed uirtutis & honesti quod in me est. οὕτω. Exclamat Penia dum perpendit quàm sit hominibus difficile uirtutem sequi, et amare, cùm filij, propter uirtutem, etiam suos oderint patres.

Paßiua. Substātiuū Subauditū. πτερυγίζειν

Χρ. τὸν Δία φήσεις ἄρ' οὐκ ὀρθῶς διαγιγνώσκειν τὸ κράτιστον;
κἀκεῖνος γὰρ τὸν πλοῦτον ἔχει, ταύτην δ' ἡμῖν ἀποπέμπει.
Πε. ἀλλ' ὦ κρονικαῖς γνώμαις ὄντως λημῶντε τὰς φρένας ἄμφω,
ὁ Ζεὺς δήπου πένεται. καὶ τοῦτ' ἤδη φανερῶς σε διδάξω. (φω.
εἰ γὰρ ἐπλούτει, πῶς ποιῶν αὐτὸς τὸν ὀλυμπικὸν ἀγῶνα,
ἵνα τοὺς ἕλληνας ἅπαντας ἀεὶ δι' ἔτους πέμπτου ξυναγείρει,
ἀνεκήρυττεν τῶν ἀθλητῶν τοὺς νικῶντας, στεφανώσας
κοτίνου στεφάνῳ; καίτοι χρυσῷ μᾶλλον ἐχρῆν, εἴπερ ἐπλούτει.
Χρ. οὐκοῦν τούτῳ δήπου δηλοῖ τιμῶν τὸν πλοῦτον ἐκεῖνος.
φειδόμενος γὰρ καὶ βουλόμενος τούτου μηδὲν δαπανᾶσθαι
λήροις ἀναδῶν τοὺς νικῶντας, τὸν πλοῦτον ἐᾷ παρ' ἑαυτῷ.
Π. πολὺ τῆς πενίας πρᾶγμ' αἴσχιον ζητεῖς αὐτῷ περιάψαι
εἰ πλούσιος ὢν, ἀνελεύθερος ἔσθ' οὑτωσί, καὶ φιλοκερδής.
Χ. ἀλλά γε σ' ὁ Ζεὺς ἐξολέσειε, κοτίνου στεφάνῳ στεφανώσας.

CH. Tu, credo, ipsum quoque Iouem, in eo quod

optimum est rectè iudicando, falli dices, diuitias quandoquidem & ille habet. PE. O re vera hebetes, & iudicio plus quàm stupido ac cæcutiente, senes. Ego verò inopem esse Iouem aio, cuius rei haud dubiam fidẽ tibi iam facio. Cùm certamen instituerer Olympicum (in quo Græcos vniuersos quinto quoque anno volebat congregatos) si, vti ais, diues erat, quid eum, obsecrò, mouebat, vt præconio iuberet athletas victores oleastro coronari? Si opulentus erat, aurea certè corona magis conueniebat. CHR. Erras, quoniam ipse quanti diuitias faceret, alia ratione quàm hac, clarius non potuit demonstrare. Sic enim illis parcebat, vt vel tantillũ earum absumi non sineret. Olympionicen rebus nihili coronabat, interea diuitias sibi reconditas seruabat. PE. Si, vt dicis, ita est, Ioui quàm cuiuis paupertati, crimen multò fœdiùs appingis, vt qui diues cũ sit, sordidus tantoperè sit, & auarus. CH. Facesse hinc, oleastri corona coronatam te Iupiter perdat malé.

φήσεις. Verbum hoc non solùm ad Peniam referri potest, sed & ad Blepsidemum, ut non sit interrogatio, sed ironia: Si mulierculæ, inquit, huic credis insanæ, dices Iouem etiam, quid uerum & æquum sit ignorare. Nam eidem Blepsidemo dicuntur, ταύτην δ' ἡμῖν ἀποπέμπεις. *Vbi* ταύτην *magno contemptu profertur, istam pauperiei & omnium calamitatum authorem, ad nos miseros homines transmittit.* τὸν πλοῦτον *Hoc ipsum prædixerat,* ἀρχεῖ διὰ τίν' ὁ ζεὺς τῶν θεῶν; *Cui respondit Carion,* διὰ τ' ἀργύριον, πλεῖστον γὰρ ἔς' αὐτῷ. κρονικαῖς. *O uiri saturniis mentibus.* κρόνος *temporum Deus poëtis fingitur. Vnde* κρόνιον *Saturnium, id est, multorum annorum aliquid dicimus. Iam notius fuerit, antiqua pro stultis capi. Plato,* ἀρχαιότερος εἶ τοῦ δέοντος, *id est, antiquior es, id est, stultior quàm oporteat. Cicero, Negligimus ista, & nimis antiqua, & stulta dicimus. Quin hominem uecordem uocant* κρόνον, *Saturnum, quemadmodum nugas & deliramenta* κρόνους. *Nec hinc abest quod Plutarchus homines ætate desipientes uocat* κρονολήρους, *quasi Saturni more hebescentes.* λημῶντε. *O uiri animo cæcutientes, iudicio corrupto, inscitia, & ignorantia falsi. Græcis,* λήμη *humor est in oculis crassus, qualis est hominibus ætate affectis. Vnde spißiores lachrimæ genitæ*

κρόνος. κρόνιον. *Antiqua.* κρόνοι. κρονόληρος λήμη.

genitæ, sic oculorum aciem occupant, ut senes λημᾶν, *id est, cæcutire, & de rebus uisis male iudicare cogant. Ad animum non ineleganter transfertur.* ὀλυμπιακόν. *Certamen Olympicum ab Hercule institutum ferunt: nomen habet ab urbe Olympia in quam nobilissimi quique Græcorum confluebant, alij tantùm ut uariorum certaminum genera uiderent, alij ut suæ uirtutis specimen ederent. Ludi illi & spectacula numero multitudinis Olympia dicta: suntq; ab Hercule Ioui patri consecrata.* πέμπτου. *Olympia & quinquennalia fuerunt, & per quinque dies celebrari consueuerũt, quòd quinque fratres essent, Hercules, Peonæus, Epimedes, Iasius, & Ida.*

λημᾶν. Olympicũ certamen. Olympia. Hercules. Peonæus. Epimedes. Iasius. Ida.

κοτίνου. *Brabeum & præmium τῶν ὀλυμπιονικῶν corona erat oleagina. Propterea olea illa dicebatur* ἐλαία καλλιστέφανος. *Aristoteles de olea uerba faciens, scripsit,* ἀπὸ ταύτης λαβὼν ἡρακλῆς ἐφύτευσεν ὀλυμπιάσιν, ἀφ᾽ ἧς οἱ στέφανοι τοῖς ἀθλήταις δίδονται, *id est, Hercules acceptam hanc ad Olympiam plantauit, de qua coronæ Athletis contexuntur. Pindarus* κόσμον ἐλαίας, *id est, ornamentum & coronam oleæ, uocat* μνῆμα τῶν ὀλυμπιάδων κάλλιστον ἀέθλων, *id est, pulcherrimum monumentum olympicorum certaminum. Penia autem ut coronam huiusmodi eleuaret, inuidiosè uocat* στέφανον κοτίνου, *quo nomine significant non* ἐλαίαν, *sed* ἀγριέλαιον *.i. oleastrum, & syluestrem oleam.* τούτῳ. *s.* τρόπῳ *hoc modo, hac ratione.* δηλοῖ τιμῶν, *ad uerbum, ipse significat honorans, pro ipse manifestum facit se charas habere opes, ut subaudias* ἀνὴρ, & τιμῶν *pro* τιμᾶν *accipias, participium scilicet pro infinitiuo, quã constructionem aliquoties antea uidimus. Quanquam nihil prohibet* δηλοῖ, *pro* δηλοῦται *poni, cùm scitum sit, apud Atticos actiua loco passiuorum, & contrà usurpari.* λήροις, *nugis, id est, rebus friuolis, & inanibus.* ἀναδῶν, *ab* ἀναδέω, *redimio, circundo.*

ἐλαία. κότινος. Nomẽ tacitum. Pronomen subauditũ. Participiũ pro infinitiuo.

τοὺς νικῶντας, *uincentes, capita uincentium, totum pro parte.* ἐᾷ, *sinit, seruat intactum.* πρᾶγμα αἴσχιον, *turpius facinus. s.* τοῦ πράγματος *quàm sit facinus paupertatis.* ἀλλά γε. *Cum uidit Chremylus se amplius nihil habere, quo Peniam uinceret, ad maledicentiam, et imprecationes conuertit orationem. Ridiculè repetit uerba Peniæ,* κοτίνου στεφάνῳ στεφανώσας. *Mos sanè familiaris est comicorum, risus gratia,* διπλολογεῖν.

Actiuũ pro passiuo. Totum pro parte. διπλολογία.

Π. τὸ δ᾽ αἰτιλέγειν λημᾶν ὑμᾶς, ὡς οὐ πάντ᾽ ἔστ᾽ ἀγάθ᾽ ὑμῖν
Διὰ τὴν πενίαν; Χ. παρὰ τοῦ ἑκάτης ἔξεστιν τοῦτο πυθέσθαι,

εἴτε τὸ πλουτεῖν, εἴτε τὸ πεινῆν βέλτιον. φησὶ γὰρ αὐτὴ,
τοὺς μὲν ἔχοντας, καὶ πλουτοῦντας, δεῖπνον κατὰ μῆνα προσάγειν·
τοὺς δὲ πένητας τῶν ἀνθρώπων ἁρπάζειν πρὶν καταθεῖναι.
ἀλλὰ φθείρου, καὶ μὴ γρύξῃς
ἔτι μηδ᾽ ὁτιοῦν·
οὐ γὰρ πείσεις, οὐδ᾽ ἢν πείσῃς.

PE. Itáne verò, bona vobis omnia de paupertate esse inficiari tam impudenter audebitis? CH. Diuitem, an pauperem esse vtrum satius sit, isthuc ab Hecate scire licet. Illa enim dicere solet, singulis mensibus diuites ipsi conuiuium instruere opiparum, cibos aũt vix dum appositos, auidius diripi ab inopibus. Sed quid in his hęreo. Abi in malam rem: & mihi de hac re posthac verbum facias, ne vnum quidem: non enim mihi persuadebis, etiam si persuaseris.

τὸ γὰρ. Vbi uidet Penia senes usqueadeo pertinaces sui esse cõtemptores, excandescit, propterea oratione utitur ἐλλειπτικῇ· hoc .n. genus orationis maximè conuenit iratis. τὸ pro τοῦτο accipitur, & γὰρ interrogationem notat. Sic perficias orationem, τίς γὰρ ἂν ἀκούων τοῦτο, ἀνάσχοιτο; Quis se contineat, qui hæc audiat? uel πῶς δὲ ἂν τὸ φορτικὸν οὐκ εἴη; Cuinam hoc non uideatur graue & permolestum? τὸ demonstrat quod subsequitur, nempe ὑμᾶς τολμᾷν ἀντιλέγειν &c. ἑκάτης. Moris fuit peruetusti, ut Luna in triuijs coleretur, illicq́; potius quàm in biuijs, uel in quadriuijs, quòd tribus uocaretur nominibus: σελήνη, ἄρτεμις, ἑκάτη. Et quoniam menses ad cursum Lunæ prisci metiebãtur, κατὰ νουμηνίαν .i. nouilunio (qui primus dies mensis erat) in triuijs pro sacrificio, cœnã diuites Lunæ apparabant, in quem locum irruentes pauperes protinus illatos cibos deuorabant, quos Lunam comedisse dictitabant. Porrò quamuis scitum sit cœnam illam perparcam fuisse, cibiq́; non ita multi (nam Hecatæ cœnam uocant eam, quæ admodum est frugalis) tamen Chremylus uult ut Penia intelligat eam lautam fuisse, ut quæ à diuitibus pararetur. Nã eo iure hanc cœnam Chremylus magni facit, quo iure Penia, coronam oleaginam depreßit, dum κοῖνον & λύρους appellauit. πεινῆν, pro

Elliptica oratio.

σελήνη. ἄρτεμις. ἑκάτη.

Hecatæ cœna.

πεινῆν.

πεινᾷν

πεινᾶν Atticè,ut ζῆν pro ζᾶν.Iam uerò πεινῆν est pauperem esse, sumpto eo quod sequitur,pro eo quod præcedit:pauper enim qui est, sæpe esurit. ἔχοντας.s πλοῦτον uel χρήματα,eos quibus res est, & facultates suppetunt. φθείρου,abi in exitium,malè pereas. Id ipsum quod ἐς κόρακας,de quo suprà.uulgò qui indignantur, solēt eos in quos inuehuntur, ad satellitium Orci ablegare. μὴ cum ἔτι μηκέτι. πείσεις.Egregia hyperbole,quæ significat rem nullo modo ipsi uideri posse credibilem,aut probabilem. Non persuadebis ut relicto Pluto te sequamur:etiã si persuaseris,id est,omnia dixeris quæ ad persuadendum habent momenti uel plurimum.Ita dici solet: Non credam,etiam si ipse uidero.

πεινῆν. Nomen tacitum. φθείρου.

ΠΕ. ὦ πόλις Ἄργους, κλύεθ' οἷα λέγει;
ΧΡ. Παύσωνα κάλει τὸν ξύσσιτον.
ΠΕ. τί πάθω τλήμων;
ΧΡ. ἔρρ' ἐς κόρακας θᾶττον ἀφ' ἡμῶν.
ΠΕ. εἶμι δὲ ποῖ γῆς;
ΧΡ. ἐς τὸν κύφων'· ἀλλ' οὐ μέλλειν
χρῆν σ', ἀλλ' ἀνύειν.
ΠΕ. ἦ μὴν ὑμεῖς γ' ἔτι μ' ἐνταυθοῖ
μεταπέμψεσθον.
ΧΡ. τότε νοστήσεις, νῦν δὲ φθείρου·
κρεῖττον γάρ μοι πλουτεῖν ἐστιν,
σὲ δ' ἐᾶν κλάειν μακρὰ τὴν κεφαλήν.
ΒΛ. νὴ Δί' ἔγωγ' οὖν ἐθέλω πλουτῶν
εὐωχεῖσθαι μετὰ τῶν παίδων
τῆς τε γυναικός· καὶ λουσάμενος
λιπαρὸς χωρῶν ἐκ βαλανείου,
τῶν χειροτεχνῶν,
καὶ τῆς πενίας καταπαρδεῖν.

PE. Ciues Argiui,quàm impia & nefaria dicat, audite. CH. Pausonem vocat sodalem. PE. Mi-

ſera, quid me tandem futurum eſt? C H. Inauſpicatò hinc ocius abi. P E. Quonam terrarum proficiſcar potiſsimum? C H. In Cyphonem ſcilicet. Atq; audin tu? hîc tibi nihil ceſſandum. Sed, quod iuberis, tibi nulla mora præſtandum. P E. Erit peræcaſtor, cum me iterum huc accerſatis. C H. Tum ergo ad nos reuerteris: ſed hocce tempore pereas peſsimè. Iam mihi multo potius eſt diteſcere, teque ſinere largo fletu ſortem tuam deplorare. B L. Multo ſatius hoc tempore per Iouem: ea de re volo ego quoque pulchrè ditatus, genio, vnà cum liberis & vxòre, indulgere. Lotus item & vnctus de balneo prodire, artificibus interim, & Peniæ ipſi oppedere.

πόλις. ἄργος. Argiui. Pauſon. ξύσιτος. πάθω. ἔρρω. εἶμι. ποῖ γῆς.

πόλις, ὁ urbs Argos: urbem pro ciuibus capit, fidem & opem Argiuorum implorat. Scilicet cum Athenis hæc facta ſint, Argos autem in Peloponneſo fuerit, (quæ ab Attico agro longe diſsita eſt) cur potius Argiuos, quàm Athenienſes inuocat? Argiuos pauperes, & Peniæ familiares tectè ſignificat. κλύετε Indicatiuum uel Imperatiuum eſſe poteſt. Ideo autem pluraliter extulit, quòd πόλις collectiuum nomen ſit. παύσωνα. Pauſon pictor Athenienſis fuit extremæ inopiæ, quem propterea fingit auxilij gratia, ut commenſalem à Penia uocari. Nota uſqueadeo fuit huius, non dicam paupertas, ſed mendicitas, ut prouerbio dederit locum, παύσωνος πτωχότερος, Pauſone mendicior. καλεῖ. Etiam ſi poteſt imperatiuũ eſſe, ut κλύετε, tamen meo iudicio indicatiuum eſt, dicuntur enim hæc à Chremylo non Peniæ, ſed Blepſidemo. Iam, eius quem alloquimur, per tertiã quã per ſecundam perſonam, maior eſt deriſio. ξύσιτον idem quod σύσιτος eſt, niſi quod illud Atticum, hoc commune. πάθω à πάσχω eſt ſubiunctiuum. Quid patiar? quis tandem futurus eſt rerum mearum exitus? Quò me uertam? ἔρρε, ἔρρω & φθείρομαι idem ſignificant. Expreſsior fit uerbi ſignificatio cum dicitur ἔρρ' ἐς κόρακας. Propterea cum antea ſine uerbo dixit, οὐκ ἐς κόρακας, hoc uerbum ſubaudiendum fuit. εἶμι. Penia non habet rationem eorum quæ à Chremylo dicuntur, ſolùm intenta eſt in gemitum. Quare poſt illa, τί πάθω τλήμων ſubdit, εἶμι δὲ ποῖ γῆς. εἶμι præſens eſt uerbum, quod quoniam futurum non habet ſatis uſitatum, idcirco futuri loco ponitur. ποῖ γῆς. Perinde fuiſſet, ſi genitiuum

γῆς omisisset, nisi quod inest in hoc dicendi genere affectus quidam maior. Antea Blepsidemus sic dixit Chremylo, ἥκιστα πάντων. μέλλειν, cunctari, βραδύνειν. Cum hæc dicuntur, Chremylus Peniam aliqua corporis parte prehensam, propellit, & urget. ἀνύειν. Magis placet alijs ἀνύτειν, uel Atticè geminato τ ἀνύττειν, ire properè & festinanter quò instituisti. ἀνύττειν. μεταπέμψεσθον. post hæc uerba Penia sensim ab his discedit. Quo autem longius abit, eò altius illi uerba faciunt abeunti. μακρά. adiectiuum neutrum plurale pro aduerbio diu, μακρά. εἰς μακρὰν ἡμέραν, in multos dies. τὴν κεφαλήν. Subaudiunt τύπτουσαν, ferientem præ dolore. Poßis subaudire ξύουσαν scalpentem & fricantem. Ii quos pœnitet, quiq; de mutando instituto secum agitant, solent caput scabere, cogitabundi. A uerò fortasse non abest si τὴν κεφαλὴν per synecdochen ponas, plorare tuum caput, id est, te, & miseram tuam conditionem. τὴν κεφαλήν. νὴ Δία .ſ. κρεῖττον ἐστὶ πλουτεῖν. confirmat sententiam Chremyli. λουσάμενος. De more Priscorum ante mensam & conuiuium balnea ingredientium. Post lotionem autem oleo ungebantur, nam balneorum æstus poros aperit, in quos ne penetret externus, & frigidior aër, oleum adhibebant, quo non solum pori occupabantur, sed & nerui refocillabantur. χειροτεχνῶν. Meminit eorum quæ Penia elatior uisa est illic dicere, ἐγὼ γὰρ τὸν χειροτέχνην, ὥσπερ δέσποινα, &c. ubi arroganter dixit homines multùm sibi & artificibus, quibus imperitabat debere. καταπέρδειν, πέρδειν κατὰ τῶν χειροτεχνῶν, oppedere, & uentris crepitus ædere in opifices, & Peniam, quo non aliud est maius signum contemptus.

Χρ. Αὕτη μὲν ἡμῖν ἡ πτωχεία ἔρρει (?) οἴχεται.
Ἐγὼ δὲ καὶ σύ γ' ὡς τάχιστα τὸν θεὸν
Ἐγκατακλινοῦντ', ἄγωμεν εἰς Ἀσκληπιοῦ.
Βλ. Καὶ μὴ διατρίβωμέν γε, μὴ πάλιν τις αὖ
Ἐλθὼν διακωλύσῃ τι τῶν προὔργου ποιεῖν.
Χ. Ὦ παῖ Καρίων τὰ στρώματ' ἐκφέρειν ἐχρῆν.
Αὐτόν τ' ἄγειν τὸν Πλοῦτον, ὡς νομίζεται.
Καὶ τἄλλ' ὅσ' ἐστὶν ἔνδον ηὐτρεπισμένα.

CH. Scelerata illa recedit à nobis: proinde ego, & tu Blepſideme Plutum quàm citiſsimè ad Aeſculapiũ deducamus, atque illic vt decumbat curemus. BL. Tempus ergo diutius hîc non teramus, ne quis rurſum interueniens, quod bene eſt occeptum impediat. CH. Heus Carion ſtragula illuc ſunt tibi exportanda. Plutus nobis illuc deducendus, quo ritu & moribus eſt conſtitutum. Neque quicquam eorum negligendum eſt, quæ domi ſunt in hanc rem parata.

Datiuus. *ἡμῖν pro ἀφ' ἡμῶν, uel ἡμῖν nobis, pro uoto noſtro, uti exoptabamus.*

ὑπίτριπτο *ἡ 'πίτριπτος, contractio eſt, pro ἡ ἐπίτριπτος. Eodem modo anteà Carion dictus eſt ὁ ὑπίτριπτος. ἐγκατακλινοῦντε, participium futurum, inclinaturi, ut inclinemus, in lectulo collocemus. In tẽplo Aeſculapij decumbere oportebat, qui opem illius expectabat.*

Subſtãtiuũ tacitum. *εἰς. ſ. ναόν. Sic poſt διατρίβωμεν. ſ χρόνον. πάλιν & ἂν ponuntur ἐκ παραλλήλου. διακωλύσῃ. ſ. ἡμᾶς περὶ τί τῶν aliquid eorum quæ ſunt προὔργου, uel ſolutis uocibus πρὸ ἔργου. Id porrò dicitur πρὸ ἔργου, quod ad rem peragendam utile eſt & neceſſarium. Puta, hic τὸ ἔργον eſt, ἡ τοῦ πλούτου ἀνάβλεψις. i. uiſum Pluto reſtitui. τὰ δὲ πρὸ ἔργου ſunt, τὰ εἰς ἀνάβλεψιν ἀναγκαῖα, ea quæ ad reponendum uiſum prius facta ſunt neceſſaria, ut templum adire Aeſculapij, uota illic nuncupare, Pluto locum illic parare, & id genus alia, citra quæ uiſum Plutus non recipiat.*

προὔργου.

ὡς νομίζεται. *ὡς νομίζεται, ut moris eſt, ut moribus eſt receptum, ſolennia enim quædam erant, & legitima obſeruanda, ea Chremylo & Blepſidemo potius quàm Carioni ſeruo ſunt perficienda. Quomodo contrà ſeruum magis decet in templum humeris ea portare, quæ ſuſcepto operi erant neceſſaria. Ne quid autem Carion prætermittat, ſubdit, καὶ τἄλλ'. ηὐτρεπισμένα Augmentum Atticum, pro εὐτρεπισμένα. Igitur deducto ad Aeſculapium Pluto, & rebus omnibus neceſſarijs in templũ à Carione perlatis, actoribus in templo expectantibus dum Plutus uiſum receperit, proſcenium remanſiſſet uacuũ, niſi chorus è ſcena ſtatim prodijſſet, qui iocoſis quibuſdam carminibus & facetijs ſpectatores tantiſper retinuiſſet, dum quiſpiam exiret, qui Plutum uiſu priſtino donatum nunciaret. Carion ergo de templo egreſſus, ubi Chorum uidet, gaudio geſtiens ingenti, illi uerba hæc, ædita uoce, acclamat.*

ΚΑΡΙΩΝ

ΚΑΡΙΩΝ.

ὦ πλεῖστα θησείοις μεμυστιλημένοι
γέροντες ἄνδρες, ἐπ' ὀλιγίστοις ἀλφίτοις·
ὡς εὐτυχεῖθ', ὡς μακαρίως πεπράγατε·
ἄλλοι θ' ὅσοις μέτεστι τοῦ χρηστοῦ τρόπου.
ΧΟΡ. τί δ' ἐστὶν, ὦ βέλτιστε τῶν σαυτοῦ φίλων;
φαίνει γὰρ ἥκειν ἄγγελος χρηστοῦ τινος.

CAR. O fortunatos, ô beatos vos senes, quos quã sæpissimè oportuit Theseorum tempore, in summa rerum inopia, iusculo & atro pane victitare! Nec illi minus posthac felices futuri, quotquot sunt, quibus synceera vita, & candidi mores cordi antehac fuere. CHO. O æqualium tuorum optime, quidnam rei nouæ est? Certè boni nescio quid nobis nuntiaturus videris.

πλεῖστα *aduerbium. Mala & incommoda quo sæpius ad nos recurrunt, eo nobis sunt inuisiora. Propterea fit, ut si qua postea continget felicitas, ea sit multo gratior futura.* θησείοις. *s.* ἐν. *Thesius Athenienses dispersos, & uicatim habitantes nactus, in unam urbem coëgit, statum urbis constituit, mores & leges ciuitati dedit, cuius rei gratia, posteri eum uita functum, amplis cumularunt honoribus. Nam quo in loco tumulus eius erat, templum sacrarunt, templo illi* ἀσυλίαν *concesserunt, id est tantum iuris, ut ex eo nemo supplex auelleretur. Amplius, in eius honorem octauus cuiusque mensis dies celebrabatur. Diebus illis festis (quæ Thesea dicebantur)* διανομὴ *i. largitio fiebat populo, ut eo die non solùm diuites, sed & cuiuscunque generis homines conuiuia agitarent, solitoq; splendidius uiuerẽt. Carion hîc gratulatur choro, & reliquæ plebi, quæ simpliciter & probè uixit, asserens futurum posthac, ut à Pluto ditati, uitam agant liberaliorem.* μεμυστιλημένοι. *Panis sorbitionis gratia excauatus,* μυστίλη *appellatur. Ab hoc fit* μυστιλάω, *quod est de cauato pane ius exhaurio: præterea panis portiunculas alicui do. Et* μυστιλάοιδης *dicitur, cui particulæ panis & frusta dantur. Itaque* μεμυστιλημένοι *duriter educati, et qui parcè ac tenuiter uixistis, puta, pulte, iure, aqua, & uili legumine, quæ uocat* ὀλίγιστα ἄλφιτα, *minimas farinas, id est, uictũ angustißimum. Propterea quod, inquit, minimum uobis esset, quo uiue-*

Theseus.
Θησεῖα.
ἀσυλία.
μυστίλη.

ὀλίγιστον. retis. Dictum est ὀλίγιστον ut κάκιστον, forma irregulari, ab ὀλίγος.

πεπράγατε medium perfectum à πράττομαι. ἄλλοι τε. s. ὡς ἄλλοι εὐτυχοῦσι, καὶ μακαρίως πράττουσι. μέτεστι, cum dativo & genitiuo significat copiam alicuius rei cuipiam esse, aut certè participem & socium esse. Qui, quomodo uos, sine cuiusquam iniuria uixerunt. ὦ βέλτιστε. Ironia est, ô sociorum & amicorum tuorum optime. i. ὦ τῶν ὁμοίων σοι μαστιγιῶν κάκιστε, optime eorum qui sunt tui generis & ordinis, uerberonũ scilicet, ac nebulonũ. Quomodo aũt oiptmus latro, summus est latro: ita optimus uerbero, est perditißimus & nequißimus. φαίνῃ, Atticè pro φαίνει.

μέτεστι.

Καρ. ὁ δεσπότης πέπραγεν εὐτυχέστατα,

Μᾶλλον δ' ὁ Πλοῦτος αὐτός· ἀντὶ γὰρ τυφλοῦ

Ἐξωμμάτωται, καὶ λελάμπρυνται κόρας,

Ἀσκληπιοῦ παιῶνος εὐμενοῦς τυχών.

Χορ. Λέγεις μοι χαράν, λέγεις μοι βοάν.

Καρ. Πάρεστι χαίρειν, ἤν τε βούλησθ' ἤν τε μή.

Χορ. Ἀναβοάσομαι τὸν εὔπαιδα, καὶ

μέγα βροτοῖσι φαῖος Ἀσκληπιόν.

CAR. Optatius agi cum meo hero nõ potuit, vel potius dicam, cum ipso Pluto: qui cum antea cæcus esset, receptis iam nitentibus, atque perspicacißimis oculis, acerrimè intuetur: medico hac in re propitio vsus Aesculapio. CHO. Voluptatem magnam nuncias: id narras, quod me gaudio exclamare compellit. CAR. Est profectò, cur velis, nolis, solidum gaudeas gaudiũ. CHO. Aesculapiũ egregiæ prolis parentẽ, & insigne mortalib. iubar, laudibus & cãtu ad astra feram.

αὐτός. αὐτὸς, emphasin habet, ipse, qui alioqui Deus est, quare qui ipse ex seipso debet felicißimus esse. Hominibus qui dicit, rem feliciter cedere, mirum non dicit, at Deo ita contingere si dicetur, mirum uideatur, cùm illi aliter non soleat euenire. ἐξωμμάτωται. Ea ferè est natura & uis huius particulæ ἐκ uel ἐξ, ut ἐπιστέρησιν, id est, priuationem, significet, propterea quis prima fronte credat ἐξωμμάτωται

ἐκ. ἐξ. ἐξωμματῶσαι.

μάτωται

μάτωται significare ἐκκέκοπται τοὺς ὀφθαλμοὺς· oculis orbatus est: & ,quod simillima cōpositione Latini dicūt,exoculatus est. Sed comico ioco uult hoc uerbū ἐπαμφοτερίζειν, & hic δὴ, ἐπίτασιν .i. intensionē notare,significareq; ὑπερπεταμένως ualde,supramodum oculatus factus est,ut cum dicimus nos aliquē amare ἐκ θυμοῦ,ex animo,ut sit idem δὴ ὠμμάτωται, quod ὀξύτατα ἀνέβλεψε, uisum recuperauit acutissimum.Non dissimile est λελάμπρωνται, quamuis enim significare possit λεύκωμα ἐν ὀφθαλμοῖς ἔσχηκε,albugine illi caligauerunt oculi,intelligit tamē hoc sensu,λαμπροὺς καὶ καθαροὺς ἔσχε ὀφθαλμοὺς,claros,& ab omni macula puros recepit oculos.Dictum est λελάμπρωνται pro λελάμπρυνται· solent .n. tertiam personam singularem efferre similē tertiæ plurali. Sic dicunt δὴ κέρωνται,κατήσχυνται,pro δὴ κέραται κατήσχυται. Iam κόρας .i.palpebras pro oculis ponit partē nimirum pro toto. παιῶνος. uolunt παίω uerbum significare θεραπεύω,curo,unde sit παίων καὶ παιάων,uel contractè παιῶν,medicus.ἰατρὸς καὶ θεραπευτὴς τῶν νοσημάτων,qui morbos & corporis uitia curat.Haud scio tamē nū ab Apolline medicorum præside hoc nomen manarit. Dictus est enim Apollo παιὼν παρὰ τὸ παίειν.i. à feriēdo,quòd sagittis Pythonē serpentem confoderit.Vnde & hymnus in Apollinem decantatus παιὰν appellatus. τυχὼν,nactus, posteaquàm incidit: à τυγχάνω. χαρὰν.τὶ χαρᾶς ἄξιον, aliquid gaudio dignū.Sic βοὰν dignū clamore nunciū.Sapit hic uersus tragœdiā magis quàm comœdiam : neq; enim uociferationes comœdia poscit.Id nō omnino est dissimile ueri,cū βοὰν pro βοὴν,& postmodū ἀναβοάσομαι pro ἀναβοήσομαι,positū sit, τοῦ η ideo in α mutato,quòd altè uociferāti α quā η magis cōueniat, clamorémq; magis exprimat. χαίρειν,gaudere.i.χαρᾷ,gaudium. βούλησθε subiunctiuū à βούλομαι.ἦν τι μὴ βούλησθε. Etiā si per totā uitā uix unquam licuit uobis ridere,sed potius frontē caperare, & tristari,adeo ut uix ridere possitis,etiam si ridendi causæ fuerit uel plurimum,tamē quod narro,iā uobis ridendi imponet necessitatem.

εὔπαιδα.Mirè ambigua est hæc uox:exponas .n. εὔπαιδα, τὸν καλὸν παῖδα,pulchrū filium Apollinis Aesculapium,uel καλοῦ πατρὸς παῖδα,filiū pulchri patris,uel καλοὺς παῖδας ἔχοντα, fortunatū in pulchris liberis suscipiendis. Fuit enim Aesculapio proles hæc non incelebris,Podalirius,Machaon,Iaso,Panacea,& Hygia. φανός potius uidebatur legendum φανὸν splendorem,& claritatem, propterea legunt nonnulli φέγγος.Quid autem si φάος legatur? impediat fortasse Atticis parum amica diæresis. Appositiuè dixit Aesculapium

λαμπρύνεσθαι.

Tertia pso na pluralis pro singulari.

παίων.

παιάν.

τυχών.

εὔπαις.

Aesculapius

Podalirius.

Machaon.

Iaso.

Panacea.

Hygia.

Aesculapium esse hominibus lumen & ornamentum insigne, ut cuius dono & beneficio erit posthac hominibus, quo spectatiores fient, uirtutibus & diuitijs quàm olim facti illustriores. Hæc cum diceret Chorus, uxor Chremyli (cui Carion indicaturus est, qua ratione Plutus ab Aesculapio cæcitate est liberatus) domo sua egreditur, excitata uoce Carionis exultantis, & quondam pauperum, & proborum omniũ instantem felicitatem prædicantis. Manserat illa apud se, Plutum, Chremylum & reliquos opperiẽs, qui inde ad Aesculapium profecti erãt. Itaque in ipso limine domus quæ sequuntur, ipsa sibi ipsi, audientibus tamen cunctis, loquitur.

ΓΥΝΗ ΧΡΕΜΥΛΟΥ.

Τίς ἡ βοή ποτ' ἐστίν; ἆρ' ἀγγελεῖ
χρηστόν τι; τοῦτο γὰρ ποθοῦσ' ἐγὼ πάλαι,
ἔνδον κάθημαι περιμένουσα τουτονί.
Χαρ. ταχέως, ταχέως φέρ' οἶνον, ὦ δέσποιν', ἵνα
καὐτὴ πίῃς· φιλεῖς δὲ δρῶσ' αὐτὸ σφόδρα.
ὡς ἀγαθὰ συλλήβδην ἅπαντά σοι φέρω.
Γυ. καὶ ποῦ 'στιν; Κα. ἐν τοῖς λεγομένοις εἴσει τάχα.
Γυ. πέραινε τοίνυν ὅ, τι λέγεις ἀνύσας ποτέ.
Κα. ἄκουε τοίνυν, ὡς ἐγὼ τὰ πράγματα
ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν κεφαλήν σοι πάντ' ἐρῶ.
Γυ. μὴ δῆτ' ἔμοιγ' ἐς τὴν κεφαλήν. Κα. μὴ τἀγαθὰ
ἃ νῦν γεγένηται; Γυ. μὴ μὲν οὖν τὰ πράγματα.

VXOR CHREMYLI.

Quidnam sibi vult ille clamor? an non rei cuiuspiã bonæ nuntius redit? certè iam satis dudũ domi desideo, quiddam tale desiderans, Carionemque hunc expectans. CAR. Citò, citò, heus domnina, profer vinum, vt bibas & ipsa: scio enim isthuc tibi tã gratum esse, quàm quod maximè. Dii boni, quantum quorumuis

rumuis bonorum tibi adfero cumulum! VX. Vbi autem illa? CAR. Ex eo quod iam dicam probè ſcies. VX. Quod dicturus es, tandem perge dicere. CA. Auſculta igitur: nam certum eſt tibi negotia iſthæc omnia, à pedibus ad caput percenſere. VX. Aedepol in meum caput nolim. CA. An non ea quæ nuper contigerunt bona? VX. Nolo, inquã, negotia.

ταχέως. geminata hæc dictio animi læti, & rei bene geſtæ habet ſignificationem. φέρε οἶνον. nuntijs uinum proponi ſolet, ut eo recreati, ſiquid eſt dicendum, melius exponant. κἀυτή, etiam ipſa, ut tibi æquè ac mihi pares. Bibacem heram ſuam apertè notat. πίης. Subiunctiuum ab anormi πίνω. δρῶσα à δράω, participium, pro infinitiuo δρᾷν, hoc facere. i. πίνειν. συλλήβδην, comprehenſim, in unum aceruum collecta omnis generis bona. πᾶν. ſ. ἀγαθά. ἴσθι Atticè pro ἴσθι, thema εἴδομαι. πέραινε perfice, finem impone, conclude, ἀνύσας ad extremum deducens quod narras. ἐκ τῶν ποδῶν. ut ſumma & prima hominis pars eſt caput, ita pedes ſunt infima. Proinde caput & pedes pro prima & ultima partibus accipiuntur. Et qui rem totam atque ordine narraturos ſe aiunt, ἐκ κεφαλῆς ἐς πόδας dicturos ſe pollicentur. Contrà qui recurrunt. i. præpoſterè, & inuerſo ordine rem narrant, dicuntur narrare ἐκ τῶν ποδῶν ἐς κεφαλήν. Quod Carion iocularıter facturum ſe ait, ſed non ſine malo quod ſuæ heræ imprecatur. Nam hæc uerba, ἐς κεφαλήν σοι, in perniciem alicuius proferuntur, id quod nos antea ſemel atque iterum obſeruauimus. Hanc autem fuiſſe Carioni mentem, uerbum hoc πράγματα manifeſtè docet. Significat enim hæc uox quandoque ὄχλησιν. i. moleſtiam. Quomodo Latinis negotium, dum dicunt, faceſſam tibi negotium. Propterea uxor Chremyli ſentiens ſe hoc uerbo ludi, prudenter malum, à ſuo capite petit repulſum, dum ſubdit. μὴ δῆτα &c. μὴ μὲν. ἀγαθὰ quidem uolo & probo, ſed non πράγματα.

πίης. Participiũ pro infinitiuo. ἴσθι. πρᾶγμα. Negotium.

Καρ. ὡς γὰρ τάχισ' ἀφικόμεσθα πρὸς τὸν θεὸν

ἄγοντες ἄνδρα, τότε μὲν ἀθλιώτατον,

Νῦν δ', εἴ τιν' ἄλλον, μακάριον κεὐδαίμονα,

πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐπὶ θάλατταν ἤγομεν·

ἔπειτ' ἐλοῦμεν. ΓΥ. νὴ Δί' εὐδαίμων ἄρ' ἦν
ἀνὴρ γέρων ψυχρᾷ θαλάττῃ λούμενος.
ΚΑΡ. ἔπειτα πρὸς τὸ τέμενος ἦμεν τοῦ θεοῦ.
ἐπεὶ δὲ βωμῷ πόπανα καὶ προθύματα
καθωσιώθη, πέλανος Ἡφαίστου φλογί,
κατεκλίνομεν τὸν πλοῦτον, ὥσπερ εἰκὸς ἦν·
ἡμῶν δ' ἕκαστος στιβάδα παρεκαττύετο.

τέμενος εος το templum τεμενίζω consecro.

CAR. Ergo ſimulatque peruenimus ad Aeſculapium, illucque Plutum (tunc temporis quidem miſerrimum, at nunc, vt ſi quis alius, beatum & felicem) perduximus, omnium primum nos ad mare eum ductum marinis immerſum abluimus aquis. VX. Næ ille tum fuit beatus: vir ſenex ſcilicet frigido mari lotus. CA. Conceſsimus poſthæc in templum Aeſculapii, vbi ſuper altare popana, prothymata, & pelanos flammis ſacrauimus expiata. Fecimus dein vt, de more, Plutus decumberet. Nos ſtibadium, quiſq; videlicet ſuum, ſedulò nobis conſtrauimus.

Accuſatiu⁹ pro nominatiuo.

Mare.

Plato.

Euripides.

ὡς *cum* τάχιστα. *Vbi primum, ſtatim ut.* ἄνδρα. *Seruiliter Deum uocat* ἄνδρα, *cumq;* ἀθλιώτατον, *mouetur enim ex eo quod foris in Pluto apparebat, ex cæcitate, & externa calamitate, quæ interni numinis & uirtutis in Pluto latentis maieſtatem tegebat. uel ideo* ἄνδρα *dixit reſpectu Aeſculapij, quem* θεὸν *uocauit, ut potentiorem Deum, & ut à quo Plutus eſſet curandus.* εἰ τιν' ἄλλον. *Accuſatiuus pro nominatiuo poſitus eſt: accuſatiuos enim ſpectauit antecedẽtes & ſubſequentes. Dictum certè oportuit* εἰ γέ τις, *uel* εἴπερ τις ἄλλος. *ſ.* ἐστὶ μακάριος. κεὐδαίμονα *pro* καὶ εὐδαίμονα. τῇ θαλάττῃ. *Ab antiquis uſque huc manauit hæc opinio, ut mare polluta quæcunque purgaret. Traditur hoc monumentis literarum. Cùm Plato ad Aegyptios ſacerdotes ire ſtatuiſtet, ut Aegyptiæ ſapientiæ (quæ tunc celeberrima erat) placita & dogmata perdiſceret, Euripidẽ comitem habuit, quem ſacerdotes Aegyptij, ubi intellexiſſent morbo comitiali (ita enim nonnulli credunt) obnoxium, in mare demergi iuſſerũt, qua ex lotione Euripides morbo liberatus, carmen hoc cecinit:* θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά, *id eſt.*

Mare

Mare abluit uniuersa mortalium mala. Euripidi *&* Aristophani *assentiuntur & huius temporis homines, qui à rabido cane morsos, putant à rabie fore tutos, modò aliquot dies post morsum mari abluātur.* ἐλούμην *imperfectum à* λούω. *per syncopen autem pro* ἐλουόμην, *quomodo & mox dicet* λούμενος *pro* λουόμενος. εὐδαίμων *per ironiam, pro* κακοδαίμων. ψυχρᾷ. *Etiam si aqua marina dulcibus aquis calidior est, ut quae spissior est & corpulentior, quare & quae calorem melius confoueat, proptereaq; flammam non aequè promptè extinguat, atque aliae aquae, tamen suapte natura frigida est, frigidior autem censenda, si senibus accommodes: hi enim naturali calore extincto, perpetuo frigore frigescunt.* ἦμεν, εἴω *unde est* εἶμι *uado facit perfectum medium* εἶα *Atticè* ἦα *prima pluralis hinc fit* ἤαμεν, *quae per syncopen effertur* ἦμεν. *Potest esse & praeteriti imperfecti ab eodem* εἶμι· *facit enim* εἶν, εἶς, εἶ, *in plurali* εἶμεν, *Atticè* ἦμεν. πόπανα. *Scribunt* πόπανα *fuisse* πλακούντια πλατέα, λεπτὰ, καὶ περιφερῆ *i. placentulas latas, tenues, & rotundas. Fortasse id fuerit quod Homerus* οὐλοχύτας *subinde appellat: panes qui ex hordeo & sale confecti ante sacrificium aris infundebantur. Molam uocant Latini* προθύματα. *hoc nomen* γενικόν *est. i. generale.* πόπανα *uerò* εἰδικόν *speciale. Sunt enim* προθύματα τὰ πρὸ τῆς θυσίας γενόμενα. *i. quaecunq; sacrificium praecedūt, & uelut quaedā praeludia, atq; parasceue sacrificij: non enim prius accedebatur ad peragendū sacrificiū, quā permulta circa panē, aquā, ignē, ornamenta sacrificuli, & id genus alia facta de more essent, secundū ritū lustrata, et disposita. Cariō tantū meminit* ποπάνων, *et* πελάνων, *quae edulia erāt caetera, ut quae ad gulā nihil faciāt, negligit.* καθωσιώθη. *Indefinitū prius à* καθοσιόομαι, *quod cōponitur à* κατὰ *et* ὁσιόομαι. πέλανος *Erāt* πέλανοι ἄρτοι ἀκάθαρτοι καὶ εὐτελεῖς, *panes nō sacrati, et uiles, fiebāt hi ex pepale.* παιπάλη δ' ἦν λεπτότατον τοῦ ἀλεύρου. *i. pars subtilissima, et flos farinae. Tradūt pelanos sanctificari cōsueuisse* ἐν τῷ πυρὶ, *et (quod ait poëta)* ἐν ἡφαίστου φλογί. *popana aūt et alias placētas* ἐν μέρει τοῦ βωμοῦ *in aliqua parte altaris. Subaudiendū* καὶ ἐπεὶ καθωσιώθη πέλανος. ἡφαίστου. *Vulcanus igni praeest, p metonymiā pro igni accipitur.* παρεκαττύετο. καττύματα *uilia sunt calceorū lora, et quibus calcei subligantur, pro uili solea quandoque capitur, unde* παρακαττύεσθαι *est res qualescunque, & minimi pretij parare. Hoc uerbo Carion significat unumquēque eorum, qui tum aderāt, humi lectulos uilissimos sibi substrauisse, & ex multis, ijsdemq; detritis particulis uelut consarcinasse.*

ἐλούμην. λούμενος. ἦμεν. πόπανα. ὀλοχύται Mola. προθύματα. πέλανος. πεπάλη. Vulcanus. καττύματα. παρακαττύεσθαι.

Ἦσαν δὲ τινες κἄλλοι δεόμενοι τοῦ θεοῦ;
Καρ. Εἷς μέν γε Νεοκλείδης, ὅς ἐστὶ μὲν τυφλὸς,
κλέπτων δὲ τοὺς βλέποντας ὑπερηκόντισεν,
Ἕτεροί τε πολλοὶ παντοδαπὰ νοσήματα
ἔχοντες· ὡς δὲ τοὺς λύχνους ἀποσβέσας,
Ἡμῖν παρήγγειλε καθεύδειν, τοῦ θεοῦ
ὁ πρόπολος, εἰπὼν ἤν τις αἴσθηται ψόφου,
Σιγᾶν ἅπαντες κοσμίως κατεκείμεθα.
Κἀγὼ καθεύδειν οὐκ ἐδυνάμην. ἀλλά με
Ἀθάρης χύτρα τις ἐξέπληττε κειμένη,
ὀλίγον ἄποθεν τῆς κεφαλῆς τοῦ γραϊδίου,
ἐφ' ἣν ἐπεθύμουν δαιμονίως ἐφερπύσαι,
Ἔπειτ' ἀναβλέψας ὁρῶ τὸν ἱερέα,
τοὺς φθοῖς ἀφαρπάζοντα, καὶ τὰς ἰσχάδας,
Ἀπὸ τῆς τραπέζης τῆς ἱερᾶς. μετὰ τοῦτο δὲ
περιῆλθε τοὺς βωμοὺς ἅπαντας ἐν κύκλῳ,
Εἴ που πόπανον εἴη τι καταλελειμμένον·
Ἔπειτα ταῦθ' ἥγιζεν εἰς σάκταν τινά·
Κἀγὼ νομίσας πολλὴν ὁσίαν τοῦ πράγματος,
Ἐπὶ τὴν χύτραν τὴν τῆς ἀθάρης ἀνίσταμαι.

ἑρπύζω serpo repo.

VX. Erántne & alii vobiſcum vnà, qui Aeſculapii opem implorarent? CA. Vnus quidem fuit Neoclides nomine, qui & ſi cæcus eſt, furando tamen quanlibet oculatos facilè vincit. Alii item erant nó pauci, omni morborum genere variè diſtricti. Ergo poſtquàm ſacrificulus, extinctis lampadibus, iuſsit vt omnes ſe ſomno darent, hoc adiiciens, ſi quis ſtrepitum exaudiret, ob id tamen ne moueretur, tum omnes decubuimus quàm placidiſsimè. Verùm ego ſomnum capere non poteram, proptereà quòd haud procul à capite neſcio

nescio cuius vetulæ olla erat pulte plena, quæ oppidò quàm suauiter meas nares tangebat. ea de re illuc feliciter adrepere gestiebam: capite igitur modicè sublato, video sacrificum à sacra mensa placentas et nuces sibi surripientem. Rursus illum eundem aras omneis in orbē circundantem: sicubi fortè popanum illic esset relictū: quæcunque autem inueniebat, ea in saccum quendam coniiciebat. Ego eiusmodi factum multa sanctitate cō-spicuum esse ratus, in ollam pultis exurgo.

Νεοκλείδης. *Fuit hic rhetor Atheniensis, qui uel hoc uno nomine potuit Aristophani inuisus esse, inuisior autem quòd ærarium expilasset, pituita & lippitudine admodum uexabatur, poëta odiosè cæcum fuisse fingit, & ea de causa ad Aesculapium adductum.* ὑπερηκόντισεν *ab* ὑπὲρ *&* ἀκοντίζω, *quod est iaculor: propriè* ὑπερακοντίζειν *est iactu iaculi uincere, transumptiuè quocunque modò superare.* ἀποσβέσας, *Participium à uerbo composito & anomi* ἀποσβεννύω. πρόπολος. *Quicunque, ac cuiuscunque seruus* πρόπολος *appellatur, discriminis gratia addit* τοῦ θεοῦ, *ut sit* ἱερομύστης, *sacrorum præfectus & antistes, qui mysterijs, atque ritibus sacris præest.* αἴσθηται, *subiunctiuum ab anomi uerbo* αἰσθάνομαι. σιγᾶν. *Illa erat priscæ religionis institutio, ut tantisper dum sacra ritè peragerentur,* ἱεροκήρυξ *i. præco sacer, iuberet populum linguis fauere. i. tacere, nulla uoce mala obstrepere, sed in alto silentio permanere. Quæ omnia possent uideri ab hoc nasuto poëta rideri, qui ait sacerdotem imperasse* καθεύδειν, *& audito etiam strepitu per noctem,* σιγᾶν, *huc spectabat nimirum, ut ipsi commodius liceret, sacra suo more tractare. i. Dijs oblata suffurari, & deuorare.* κἀγὼ, *à* καὶ *&* ἐγὼ. καὶ *autem pro* δέ. ἀθάρης, *genitiuus est à nominatiuo* ἀθάρη *qui consuetius effertur* ἀθάρα· *cibus erat quo prisci utebantur, usu coquendi panis nondum reperto: conficiebatur ex farina, aqua, melle aut caseo, immixtis ouis. Quanquam autem Aristophanis ætate panis coquebatur, tamen aniculam edentatam puls magis decebat quā panis.* ἐξέπληττε, *ab* ἐκπλήττω, *ferio, tango. oculos primùm puls tetigerat, lampadibus enim adhuc lucentibus Carion pultem præuiderat, sed magis nares & odoratum: non enim eò serpere nititur, ut oculis satisfaciat, sed palato potius.* δαιμονίως, ἀναισθήτως *beatum me fore existimabam, si nihil sentiente uetula, ego pultem illi auferrē.*

Neoclides.
ὑπερακοντίζειν.
πρόπολος.
ἱερομύστης.
ἱεροκήρυξ.
καί.
ἀθάρη.

ἐφερπύζειν. ἐφερπύσαι. Verbum hoc ad repetilia pertinet, per metaphoram est leniter, & nullo strepitu edito, aliquò se proripere. Præpositio ἐπὶ ante uerbum ἑρπύζω ponitur ἐκ παραλλήλου. nam iam posita erat ante ἣν ἐφ' ἣν ἐπεθύμουν.

φθοῖς. φθοῖς, φθοΐδες & φθοΐδας cōtrahi in φθοῖς scitur, quod ad significatum attinet, tradunt esse πλακοῦντον πλατὺ καὶ περιφερές, ut à πόπανον non differat. ἀφαρπάζοντα, ut in ἐφερπύσαι uacauit ἐπὶ, ita in ἀφαρπάζω ἀπὸ. sequitur enim ἀπὸ τῆς τραπέζης. Mensas autem fuisse in templis oportebat, ut super quas ea deponerentur, quæ Dijs, uel potius (ut poëta rectè sensit) sacrificulis offerebantur.

ἰσχάδες. ἰσχάδας, non tantùm nuces, sed ficus, & omne genus bellariorū quæ à pauperibus possunt Dijs præsentari intellige. ἐν κύκλῳ. Circuitio illa, sacerdotis auiditatē quādam notat. καταλελειμμένον est à καταλείπομαι. ἥγιζεν ab ἁγίζω, siue ἁγιάζω, sanctifico, uenustißimè dixit παρ' ὑπόνοιαν, ἥγιζεν εἰς σάκταν, pro ἥγιζεν εἰς τὸν βωμὸν, iniecit sanctè id est

τις. gulosè, & ut famelicum decet. Proinde τινὰ non ineptè quis uertat, amplum, & magnum: ut habeat magnitudinis notationem, ut illic, εἶναι γάρ τις κίνδυνος ἐν τῷ πράγματι. σάκταν, uisum est nonnullis legendū σάκκον, sed nihil refert, nā σάκκος, σάκτος, & σάκ-

σάκκος. σάκτος. σάκτας. τας παρὰ τὸ σάττεσθαι i. ab onerādo & implendo dicūtur. πολλὴν ὁσίαν. s. εἶναι factū illud. i. furtū huiusmodi, nempe quod in tēplo fieret, sanctimoniā quandā habere, & omni reprehēsione uacare, fas mihi et

Articulus. licitū esse. τῆς τ' ἀθάρης. Articulus τῆς Attico more πλεονάζει.

Γυ. ταλαίτατ' ἀνδρῶν οὐκ ἐδεδοίκεις τὸν θεόν;
Κα. Νὴ τοὺς θεοὺς ἔγωγε μὴ φθάσειέ με,
Ἐπὶ τὴν χύτραν ἐλθὼν ἔχων τὰ στέμματα.
ὁ γὰρ ἱερεὺς αὐτὸς με προὐδεδέξατο.
τὸ γραΐδιον δ' ὡς ᾔσθετο δή μου τὸν ψόφον,
τὴν χεῖρ' ὑφῄρει· κᾆτα συρίξας ἐγὼ, σουρίττω sibilo.
ὀδὰξ ἐλαβόμην, ὡς παρείας ὢν ὄφις.
Ἡ δ' εὐθέως τὴν χεῖρα πάλιν ἀνέσπασεν,
Κατέκειτο δ' αὑτὴν ἐντυλίξασ' ἡσυχῆ.
ὑπὸ τοῦ δέους βδέουσα δριμύτερον γαλῆς.
Κἀγὼ τότ' ἤδη τῆς ἀθάρης πολλὴν ἔφλων·
Ἔπειτ' ἐπειδὴ μεστὸς ἦν ἀνεπαυόμην.

VX. O hominum, quotquot ſunt miſerrime, tu non veritus es Deum? CA. Veritus ſum, Deos teſtor, ne Aeſculapius ipſe corona inſignis, in ollam præcurreret, eamque præriperet: hocce enim timendũ mihi factum ſacerdotis illius abundè me præmonuerat. Porrò autem vbi anicula ſtrepitum à me audiuit, manũ lectulo exeruit, quam ego, quaſi pareas aliquis ſerpens eſſem, ſibilo ingenti conſectatus, mordicùs arripui. Illa protinus manum reduxit, & abdidit, dehincque mirè quieta iacuit, præ timore autem pedens quauis fele putidius. Ego verò tum bonam pultis partem abſorpſi. Poſtea, ventre pleno ſcilicet, & fuſè diſtento, ad quietem me compoſui.

ταλάντατε. ſuperlatiuũ à τάλας. ἐδεδοίκεις, pluſquamperfectũ mediũ à δείδω anormi. ἔγωγε. ſ. ἐδεδοίκειν. Rogatus num timuiſſet Dei numen & maieſtatem, reſpõdet potius ſe timuiſſe illius rapacitatem. φθάσειε à φθάνω, quod ſua tẽpora de φθάω ducit, habet hoc uerbum ferè uim anteuertendi & præoccupandi. στέμματα. Deorũ ſimulachra olim corollas geſtabãt, quas ædilui ſubinde renouabant, quaſi ea re ſignificatũ uellent, Deorũ uirtutẽ non marceſcere, ſed uiridẽ i. potentem & efficacẽ perenniter eſſe. προὐδιδάξατο pro προεδιδάξατο, compoſitum à πρό, & διδάσκομαι, antea docuerat, cũ res menſis Deorũ appoſitas, clàm abliguriendas auferret. ᾔσθετο, ab anormi αἰσθάνομαι, ſenſit, intellexit. ὑφήρει ab ὑπὸ, & αἱρέω, tacitè & ſenſim in ollam extendit, ne quis eam ſurriperet. ὀδὰξ, aduerbium, τοῖς ὀδοῦσι dentibus, mordendo. παρείας ſerpentis ſpecies διὰ τὸ παρειὰς μείζους ἔχειν, dictus, quod maxillas habeat inflatiores & maiores, raro mordet, neq; fere unquã lædit. Propterea Carion ait ſe momordiſſe, ut pareas: nã ſi morſu leſiſſet uetulam, illa exclamaſſet, quod factum non uidemus, magis ergo terrefecit quàm læſit. κατέκειτο. ſ. γραΐδιον, à κατάκειμαι. ἐντυλίξασα, ubi manũ inuoluiſſet, & linteis implicuiſſet, hoc modo ſerpentis morſum uitare uolens ab ἐντυλίττω. γαλῆς. Dici ſolet, unicuiq; ita innatum eſſe amorem ſui, ut cuiq; ſuus etiam crepitus bene oleat, aut certe, ut ab alienis excrementis & crepitu, quàm à ſuis quiſq; uehemẽtius abhorreat: uerũ felis excrementa uſque adeo acida ſunt, & fœtida, ut quoniam ipſa grauеolentiam illam ferre nequit, aliquid quærat quo ſuum ſtercus contegat. πολλὴν. ſ. μυστίλα.

φθάνω.

Coronæ.

ὀδάξ.

Pareas.

Cati ſtercus.

Nomen tacitum.

φλάω. *ἔφλων. φλάω uerbum est factitium: significat enim μετὰ ψόφου ἐσθίω, cum flatu & sibilo comedo, qui mos est helluonum, & lurcōse, auidiusq; edentium.*

ΓΥ. ὁ δὲ θεὸς ὑμῖν οὐ προσῄειν; ΚΑΡ. οὐδέπω.
μετὰ τοῦτο δ' ἤδη καὶ γέλοιον δῆτά τι
ἐποίησα· προσιόντος γὰρ αὐτοῦ, μέγα πάνυ
ἀπέπαρδον· ἡ γαστὴρ γὰρ ἐπεφύσητό μου.
ΓΥ. ἦπου σε διὰ τοῦτ' εὐθὺς ἐβδελύττετο.
ΚΑ. οὐκ· ἀλλ' Ἰασὼ μέν τις ἀκολουθοῦσ' ἅμα,
ὑπερυθρίασε, χ' ἡ Πανάκει' ἀπεστράφη,
τὴν ῥῖν' ἐπιλαβοῦσ'· οὐ λιβανωτὸν γὰρ βδέω.
ΓΥ. αὐτὸς δ' ἐκεῖνος; ΚΑ. οὐ μὰ Δί', οὐδ' ἐφρόντισεν.
ΓΥ. λέγεις ἄγροικον ἄρα σύ γ' εἶναι τὸν θεόν;
ΚΑ. μὰ Δί' οὐκ ἔγωγ', ἀλλὰ σκατοφάγον. ΓΥ. αἶ τάλαν.

VX. Deus ille tum ad vos nondum accesserat? CA. Nondum. Sed post illa, feci & aliud quod non sine risu excipias. Cum propius accessisset Deus, ego in modum etiam atque etiam mirandum pepedi: valde enim meus venter intumuerat.. VX. Vel ob hoc profectò dignus eras, quem statim Deus abominaretur. CA. Minimè verò. At Iaso, quæ subsequebatur, erubuit quidem, et Panacea naribus obturatis faciem auertit: nam ego thus non pedo. VX. Ille autem Deus quid? CA. Per Iouem nihilo factus est commotior. VX. Túne rusticulum Deum fuisse ais? CA. Non modò sanè rusticum, sed & merdiuorum. VX. Execrande quid ais!

ᾔει. προσῄει. μέγα πάνυ. *προσῄειν. εἶμι τὸ πορεύομαι. i. uado habet præteritum mediū ᾔα & Attice ᾖα. Vnde fit plusquamperfectum ᾔειν, ᾔεις, ᾔει. Tertiæ huic personæ ν itidem Atticè additur, & pro ᾔει, ᾔειν dicitur. μέγα pro μεγάλως, non contentus hac uoce subiungit alteram πάνυ, ut ex his*

compositis crepitus maior monstretur. ἀπέπαρδον, Ab ἀπὸ & παρδῶ, *quanquam* πέρδω *usitatius.* ὑπεφύσητο, *ab* ἐπὶ *intendendi particula &* φυσάω, *intumuerat autem propter pultem quæ flatuosa est, & in uentre multos gignit uentos, unde magno impetu erumpunt.* ἐβδελύττετο. *Appositum, & in rem exquisitum uerbū: est enim* βδελύττεσθαι *propriè eum execrari qui* βδέει.i. *pedit.* Ἰασώ. *hanc & Panaceam Aesculapij filias fuisse paulò antè diximus. Illa* παρὰ τὴν ἴασιν, *id est, à medela & sanitate, sortita est nomē: hæc uerò* παρὰ τὸ πᾶν & ἄκος, *id est, à curādis omne genus morbis.* ἅμα, *pro* σὺν *uel* ζῶν, *ut sit* ζωνακολουθοῦσα. χ' ἡ *pro* καὶ ἡ. λιβανωτόν. *Alludit ad thureum illum uaporem qui in sacris acerra pensili spargitur.* λέγεις, *cum interrogatione, quæ increpationem habet: Túne dicere audes Aesculapium inter agrestes, & rusticas sordes uersari solitum, honestatis & elegantiæ ignarum?* σκατοφάγον. *Dictum hoc* παρ' ὑπόνοιαν. *Accusatus uidebatur corrigere uelle quod dixerat,* μὰ δί' οὐκ ἔγωγε. *s.* λέγω εἶναι ἄγροικον, *non certè dico esse rusticanum: sed deterius crimen illi impingēs, scatophagum uocat, per hoc* ἀναίσθητον, *& brutum notans. Competere uolunt id uerbi propiè in boues Bœotios, & Cyprios, qui oletis & stercoribus humanis pascuntur: quamuis credāt eos huiusmodi excrementa non tam pastus gratia, quàm ut torminibus liberentur, appetere. Proditum est memoriæ, Hippocratem medicum illum summum, rei medicæ usqueadeo fuisse studiosum, ut ægrotorum etiam retrimenta gustarit, quo morbi naturam inde persentisceret. Hoc tamen nōnulli Aesculapio tribuunt, quos inter apparet Aristophanem fuisse, qui hoc nomen in illum, & in medicos quoscunque torquet, quòd in curādis ægrotis lotium & alia sordidiora tractent, quo sane quæstu dum uiuunt, quodammodo* σκατοφάγοι *dici possunt. Composita dictio à nomine heteroclito* σκὼρ σκατὸς, & ἀχρήστῳ *uerbo* φήγω, *unde est indefinitum* β. ἔφαγον. αἰ *aduerbium* μεμπτικόν.

Margin notes: βδελύττεσθαι. Iaso. Panacea. ἅμα. χ'. σκατοφάγος. Bœotius bos. Cypri⁹ bos. σκὼρ. φήγω. αἰ.

Κα. Μετὰ ταῦτά γ' εὐθὺς ἐγὼ μὲν συνεκαλυψάμην
Δείσας, ἐκεῖνος δ' ἐν κύκλῳ τὰ νοσήματα
Σκοπῶν περιῄειν πάντα κοσμίως πάνυ.
Ἔπειτα παῖς αὐτῷ λίθινον θυείδιον
Παρέθηκε, καὶ δοίδυκα καὶ κιβώτιον.
Γυ. Λίθινον; Κα. Μὰ Δί' οὐ δῆτ' οὐχὶ τόγε κιβώτιον.

Γυ. σὺ δὲ πῶς ἑώρας, ὦ κάκιστ' ἀπολούμενε,
ὃς ἐγκεκαλύφθαι φῄς; Κα. Διὰ τοῦ τριβωνίου·
ὀπὰς γοῦν εἶχεν οὐκ ὀλίγας, μὰ τὸν Δία.
πρῶτον δὲ πάντων, τῷ Νεοκλείδῃ φάρμακον
καταπλαστὸν ἐνεχείρησε τρίβειν, ἐμβαλὼν
σκορόδων κεφαλὰς τρεῖς Τηνίων. ἔπειτ' ἔφλα
ἐν τῇ θυείᾳ συμπαραμιγνύων ὀπὸν,
καὶ σχῖνον· εἶτ' ὄξει διέμενος Σφηττίῳ,
κατέπλασεν αὐτοῦ τὰ βλέφαρ' ἐκστρέψας, ἵνα
ὀδυνῷτο μᾶλλον. ὁ δὲ κεκραγὼς, καὶ βοῶν,
ἔφευγ' ἀναΐξας. ὁ δὲ θεὸς γελάσας ἔφη·
ἐνταῦθα νῦν κάθησο καταπεπλασμένος,
ἵν' ἐπομνύμενον παύσω σε τῆς ἐκκλησίας.
Γυ. ὡς φιλόπολίς τίς ἐσθ' ὁ δαίμων, καὶ σοφός!

C A. Poſt crepitũ ergo, Deũ veritus, ſtatim me cooperui, ille morbos in orbẽ explorãs, venerandus & maieſtate plen⁹, oculis omnia perluſtrabat. Poſtmodũ puer lapideũ illi mortariolũ, piſtillũ itẽ, & capſulã appoſuit. V X. Lapideámne? C A. Non herclè, non capſulã inquã. V X. Age verò, ô flagitioſiſsime, cũ dixeris te fuiſſe contectũ, quî, obſecrò, videre eũ tibi licuit? C A. Per palliolũ meũ videlicet, cui foramina inſunt proculdubio quàm plurima. Itaq; Neoclidæ primo cataplaſtũ cœpit tũdere pharmacũ, iniectis trib⁹ alliorũ Teniorum capitibus, quib. in mortario contuſis, opũ permiſcuit, & ſchinũ, Sphettio aceto ſuper omnia illa cõſpſo. Mox cataplaſma oculis Neoclidę admouit, ſed, vt cruciat⁹ maior eſſet palpebris inuerſis. Quare inclamãs ille, vociferãs, & tota vi exiliẽs, fugam meditabatur: cui arridens Aeſculapi⁹ dixit, Cataplaſmate hoc inſtruct⁹ hic iã ſede, vt à cõcione, legitima excuſatione te ſubmoueã. V X. Quàm politicũ Deum mihi narras, & ſapientem!

πρόσειν, eadem forma dictum est, qua & προσήκειν, quo de nuper. πεινῆν.
παῖς. ut Latinis puer ad seruum porrigitur, sic Græcis παῖς. παῖς.
δοίδυκα. Nomen δοίδυξ potest significare non solùm τριβί- Puer.
διον, id est, pistillum quo pharmaca tunduntur in mortario, sed & ἀ- δοίδυξ.
λετρίβανον. i. coclear quo ea quæ in mortario tusa sunt, colliguntur.
Verum credibilius est de pistillo dici, propterea quòd coclear potius
fuerit in κιβωτίῳ, id est, arcula quam circunferunt uulnera curaturi, κιβώτιον.
in ea enim sunt linteola, fasciolæ, & instrumenta curando uulneri ne-
cessaria. λίθινον. Carion præposuit adiectiuum multis substanti-
uis, cum primo autem conuenit tantùm, cum duobus alijs, ut aptetur,
rerum earum natura non fert. Ridiculè itaque rogat Chremyli uxor
generaliter λίθινον; Carion ratus interrogari se de θυειδίῳ, re-
spondet, μὰ δία, id est, omnino .s. παρέθηκε λίθινον· postmodum
uerò absurditatem sentiens, & dictum suum corrigens, subiungit, οὐ
δῆτα οὐχί non sanè, non inquam παρέθηκε τὸ κιβώτιον. κάκι-
στα ἀπολούμενε, pessimè perdende, mastigia improbissime. Domini
iocando sic seruos solent compellare: non itaque sunt hæc uerba cō-
tumeliosa. ἐγκεκαλύφθαι. s. σε, te contectum fuisse? ὀπάς.
Si uesti non fuissent ὀπαὶ, uix digna fuisset, quæ τριβώνιον uoca- τριβώνιον.
retur: cum lacera uestis & detrita dicatur τριβώνιον, παρὰ τὸ τρί-
βεσθαι. Ea fortasse uestis fuerit, quàm à lacerando Latini nuncu- Lacerna.
pant lacernam. πρῶτον. Post infirmitates animaduersas, &
mores ægrotorum expensos (nouerat enim Deus quales cuique
essent mores) primùm conuertit se ad Neoclidem, qui reliquis exem-
plo esset, impios homines Dijs odiosos esse, nec oportere tales se Dijs
impunè offerre. καταπλαστόν. Pharmacorum quæ medelæ cau- Pharmaca.
sa adhibentur, alia sunt πλαστὰ siue καταπλαστὰ, quibus in cataplas- πλαστά.
matis & malagmatis utimur, cuius generis erant quæ Neoclidæ sunt καταπλα
apposita. Alia sunt χριστὰ, quibus illinimus & ungimus. Postrema στά.
potabilia πιστὰ καὶ ποτὰ uocantur, potiones appellamus. Ad phar- χριστά.
maca ἄλιμα καὶ ἄδιψα quod pertinet, quibus fames & sitis arce- πιστά.
tur, in hunc ordinem non reducas. τηνίων. Tenos una est ex Cy- ποτά.
cladibus insulis, quam ex hoc loco fuisse σκοροδόφορον. i. alliorū fera Tenos.
cē inferūt. à τῆνος fit adiectiuū τήνιος. Idcirco aūt alliorū succū in o- Allia.
culos cōiecit, quòd illorū acrimonia aciē oculorū perstringat & gra-
uissimè urat. θυεία. Ecce primitiuū unde diminutiuū θυείδιον, cuius
meminit paulò antè. ὀπόν. Vis illa humecta quæ folia ramis agglu- ὀπός.
tinat ὀπὸς uocatur. Pro lachryma cuiusuis arboris ponitur. Omnium
tamen significationum hæc est frequentissima, ut ponatur pro radice Silphium.

silphij. Quæ acceptio pulchrè hic quadrat, ut ex herbis solis, potius quàm ex herbis & arboribus, mixtum sit pharmacum. De silphio postea paulò plura. σχῖνον. *Est schinus herba inter cæpas cõnumerata, alio nomine scilla dicta, succi est mordacis & amarulẽti, unde* ἀπὸ τοῦ σχίζεσθαι *ductam uolunt, quòd oculos quasi proscindat, & inde sua ui lachrymas excutiat.* διέμενος. διίημι ἀ διὰ & ἵημι, *effertur quandoque trisyllabum* διίημι, *unde est* δίκμαι, *quod est* βρέχω *aspergo, perfundo, hinc fluxit hoc* διέμενος. σφηττίων. *Existimarit aliquis, non minus quondam celebre fuisse Sphettiorum acetum, quàm allium fuerit Teniorum. Verùm haud scio an, quoniam Sphettijs nota inhæsit calumniæ, poëta uelit* ἀλληγορικῶς *significare, eam Neoclidæ fuisse calumniam, quam Sphettijs olim fuisse tradunt.* κεκραγὼς, *participium perfectum à* κράζομαι. ἔφευγε, *fugiebat, id est, fugere uolebat: magis fugiendi animus fuit, quàm re uera fugere potuerit, quò enim fugisset, qui bis cæcus propemodũ erat?* ἀναΐξας. *ab* ἄνω *&* ἀΐσσω ἀναΐσσω *fit, quod est impetu facto exurgo, cum dolore uehemẽtius eum augente à grabato prosiluisset.*

σχῖνος. Scilla. διέμενος. σφήττιοι. ἀναΐξας.

ὑπομνύμενον, *ab* ὑπὸ *&* ὄμνυμαι, *cuius origo est* ὀμνύω *anorme uerbum, significat hoc uerbum aliquo prætextu puta peregrinationis, uel morbi, causam in aliud tempus reijcere, qui mos est calumniatorum, & subterfugientium. Hoc ait Aesculapius, si in concionem uenire non potes, ubi tu oraturus eras, liberabo te, & quo minus illic sis, faxo ut omnes intelligant, dignum esse te, qui iureiurando dilationem postules & impetres.* φιλόπολις, *publicæ tranquillitatis amator, qui urbis statũ quietum esse cupit, impuris ciuibus exturbatis.*

ὑπόμνυμαι. φιλόπολις

Κα. Μετὰ τοῦτο, τῷ Πλούτωνι παρεκαθέζετο,
καὶ πρῶτα μὲν δὴ τῆς κεφαλῆς ἐφήψατο·
ἔπειτα καθαρὸν ἡμιτύβιον λαβὼν,
τὰ βλέφαρα περιέψησεν. ἡ Πανάκεια δὲ
κατεπέτασ᾽ αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν φοινικίδι,
καὶ πᾶν τὸ πρόσωπον. εἶθ᾽ ὁ θεὸς ἐπόππυσεν·
ἐξηξάτην οὖν δύο δράκοντ᾽ ἐκ τοῦ νεώ,
ὑπερφυεῖς τὸ μέγεθος. Γυ. ὦ φίλοι θεοί.
Κα. τούτω δ᾽ ὑπὸ τὴν φοινικίδ᾽ ὑποδύνθ᾽ ἡσυχῆ,

τὰ βλέφαρα περιέλειχον, ὥς γέ μοι δοκεῖν.
καὶ πρὶν σε κοτύλας ἐκπιεῖν οἴνου δέκα,
ὁ πλοῦτος, ὦ δέσποιν᾽, ἀνεστήκει βλέπων.
ἐγὼ δὲ τὼ χεῖρ᾽ ἀνεκρότησ᾽ ὑφ᾽ ἡδονῆς,
τὸν δεσπότην δ᾽ ἤγειρον· ὁ θεὸς δ᾽ εὐθέως
ἠφάνισεν αὑτὸν, οἵ τ᾽ ὄφεις εἰς τὸν νεών.
οἱ δ᾽ ἐγκατακείμενοι παρ᾽ αὐτῷ, πῶς δοκεῖς
τὸν πλοῦτον ἠσπάζοντο, καὶ τὴν νύχθ᾽ ὅλην
ἐγρηγόρεσαν, ἕως διέλαμψεν ἡμέρα.
ἐγὼ δ᾽ ἐπῄνουν τὸν θεὸν πάνυ σφόδρα,
ὅτι βλέπειν ἐποίησε τὸν πλοῦτον ταχὺ,
τὸν δὲ Νεοκλείδην μᾶλλον ἐποίησε τυφλόν.
ΓΥ. ὅσην ἔχεις τὴν δύναμιν ὦ᾽ναξ δέσποτα.

CA. Neoclide relicto, Aesculapius assedit Pluto, ac primùm caput eius manibus attrectauit. Pòst, mũdo & nitenti sudario sumpto, palpebras illius abstersit. Panacea deinde caput, neque non totam Pluti faciem purpureo tegmine obuelauit. His ad hũc modum peractis, fecit Aesculapius vt serpentes duo magnitudinis inusitatæ, sibilo acciti, de templo prodirent. VX. Dii boni quorsum hoc? CA. Illi posteà quàm superiniectum velamen placidè subiuerunt, palpebras Pluti (quantum quidem mihi coniectare licet) lingendo demulserunt. Atque, hoc audi hera, decem heminas vini non citius ebibas, quàm visu recepto Plutus exurrexerit. Illic ego incredibili voluptate captus, sublatis in cœlum manibus, dum applaudo, & herum expergefacio, Deus continuo illinc se subduxit, quod serpẽtes quoque fecerunt, continuis voluminibus, in templum reptantes. Iam verò quomodo credis fuisse affectos, qui Pluto adiacebant? Iugiter illum amplexati sunt, noctisq; reliquum peruigilio traduxerunt, donec illuxit dies. Ad me

quod attinebat, toto pectore Deũ illũ laudabã, qui cæcũ antea Plutũ, nobis tam promptè dedisset perspicacẽ: & contrà, qui Neoclidem cæcum reddidisset etiam multò quàm anteà cæciorẽ. V X., O rex Aesculapi, & domine mi, quantã tibi virtutẽ inesse probas, & potestatem!

πλȣτωνι. Carion sibi ipsi placens, & ob rem feliciter gestam exultans, ridiculè diminutiuum finxit, dum Plutum Plutonem uocauit. ἐφήψατο, thema huius indefiniti, ἐφάπτομαι, quod ab ἐπὶ & ἅπτομαι componitur. ἡμιτύβιον, pannus est lineus semitritus, linteolũ. Pollux legit (si modò mendum non subest) ἡμιτύμβιον, qui idem ait hoc nomen uocari καψιδρώτιον, id ipsumq́; esse, quod σȣδάριον dicitur. κατεπέτασε à καταπετανύω uerbo anormi & cõposito. φοινικίδι. Purpureæ uestes uocantur ἀλȣργίδες, πορφυρίδες, φοινικίδες. uolunt tamen φοινικίδα colorem phœniceũ magis referre, id est, sanguineum. Propterea Lacedæmonij dicuntur in bello usi φοινικίδι, quæ sanguini quoniam concolor erat, si quem uulnerari contingebat, & sanguinem per uestem defluere, aspectus uulnerati, ob coloris similitudinem, facilè fallebatur, nec uisus sanguinis metum illi incutiebat. Et hoc tempore familiare est ijs qui ὀφθαλμίας laborant, serico rubro, oculos subinde purgare. ἐπόππυσεν. Factitiũ uerbum est ποππύζω, significat enim identidem πὺ, πὺ, πὺ, proferre. Ad equos indomitos demulcendos pertinere uolunt, pro sibilare, & quouis sono quodcunque animal pellicere ponitur. ἐξηξάτην, duale est ab ἐξάγομαι. δράκοντε. Serpentes Aesculapio sacros esse omnes quidem sentiunt, sed non uno modo, & eadem ratione. Alij quòd serpens quotannis reiuuenescat, & bis ferè in anno, Vere scilicet atq́; autumno λεβηρίδα. i. pellem suã à capite usq́; ad caudã exuat. Aesculapio aũt maximo medico maximè id conuenire, ut qui depulsis hominũ morbis, homines quodãmodo in iuuentutem, & pristinũ statũ reducat. Sunt qui ideo illis præesse credant, quòd serpentes inter omnia animantiũ genera, acerrimè intueãtur. Vnde & prouerbio homines perspicacißimos, ὄφεως ὄμμα. i. serpẽtis oculũ uocãt. Et δράκοντες dicũtur ἀπὸ τȣ͂ δέρκειν. i. à uidendo. Deniq́; potius censent angues Aesculapio sacros, quòd huic animali multa remedia insint. Quale hoc fuerit, contra omnium serpentium ictus, quamuis etiam insanabiles, exta serpentiũ uulneri imposita auxiliari. Et hoc, Eos qui uiperæ iecur coctũ hauserint, nunquã postea feriri à serpente. ἐκ τȣ͂ νεώ. Apparet hinc eos qui opis gratia ad Aesculapiũ ueniebant, nõ in tẽplo, sed

Pluto.
ἡμιτύβιον
καψιδρώτιον.
ἀλȣργίς.
πορφυρίς.
φοινικίς.
Phœniceus color.
ποππύζειν.
Serpens.
Draco.

ſed in ueſtibulo templi, & porticu decumbere conſueuiſſe. νεῶ, *Atticus genitiuus, cõmunis enim eſſet* ναȣ̃. τȣ́τω, *duale ad* δράκοντε *refertur, ut* ὑποδύντε *participiũ ab* ὑποδύμι *ſubeo* ὑποδύομαι. ὥς γε, *hoc ideo addit, quòd latentibus ſub phœnicide anguibus, quid illic agerent, plenè ſcire non potuit.* ἐκπιεῖν. *Expectabat mulier dum Carion diceret,* πρὶν εἰπεῖν σε λόγον ἕνα, *antè quàm tu uerbũ unũ efferre poſſes, uel aliquid huiuſmodi. Sed præter expectationẽ ſubdit, antè quàm tu epotes decẽ cotylas uini. Quo uinoſam admodum eam fuiſſe monſtrat apertiſsimè, ut quæ breuiſsimo temporis ſpatio, tantũ uini exhaurire poſſet.* ἀνεστήκει *Ab* ἄνω *&* ἑστήκω, *præſens eſt, quo tẽpore prõptiſsimã fuiſſe curationẽ oſtẽdit, ut per uerbũ etiã ipſum ſolidã ea ſignificatur. Nã* ἑστήκω, *eſt* βεβαίως διαμένω, *cõſtanter permaneo, & ſto.* ἠφάνισεν *celauit, occultauit,* ἀφανῆ καὶ ἀόρατον ἐποίησεν. αὐτὸν *pro* ἑαυτόν. ὅι τ' ὄφεις ἠφάνισαν αὐτȣ́ς. *Obuer obſeruãdum quamplurimos diſcrimen ſtatuere inter* ὄφιν καὶ δράκοντα *.i. inter ſerpentẽ & draconẽ, quòd ille minor, hic maior ſit, differentiamq; cõfirmari hoc prouerbio* ὄφις ἢν μὴ φάγῃ ὄφιν, δράκων ȣ̓ γενήσεται *.i. ſerpens niſi ſerpentẽ comederit, draco nõ fiet. Verùm ea confuſi dì hinc liquet, nã quod nuper dixit* δράκοντε *iã* ὄφεις *dicit.* εἰς τὸν νεών. *Sub uerbo* ἠφάνισαν, *quod quietẽ notat, ſubaudiendũ uerbũ motus* ὑποστρέψαντες, ἀνερχόμενοι, *recipiẽtes ſe, regreſsi.* πῶς δοκεῖς. *uel ſubaudi participiũ* διακειμένȣς, *quomodo cenſe. eos fuiſſe affectos? uel quomodo cẽſes eos* ἐσκαταγκέναι *iuxta illũ fuiſſe, ſe geſsiſſe? Quomodo aũt ſe habuerint exponit.* ἕως, *donec illuxit, nõ intelligas poſt ortũ diẽ indormiuiſſe, uerũ nulla intermiſsione uſq; ad aurorã uigilaſſe, neq; præ gaudio et alacritate quieſſe potuiſſe. Diẽ aũt expectarunt, quòd lampadib' extinctis, et Deo inde profecto, tenebræ illic eſſẽt ut nuſquã progredi liceret.* ἐπῄνȣν. *Rara eſt huiuſmodi acceptio, ut* ἐπαινέω *de Deo dicatur, propriũ aũt enim de homine dici exiſtimatur.* ὦ 'ναξ *pro* ὦ ἄναξ. *Deeſt* καὶ, *uel* ἄναξ *uim habet adiectiui,* ἀνάσσων, *imperiũ in homines habẽs. Deũ magis miratur, q̃ laudet, nã auara eius mẽs tota eſt in Pluto, quare poſthabito Aeſculapio, nulla item neque mariti, neque reliquorum facta mentione, de Pluto ſolicita inquirit.*

ἀνεστήκει.
ὄφις.
δράκων.
Serpens.
Draco.
Participiũ ſubauditum
ἕως.
ἐπαινέω.
ὦ 'ναξ.

Ἀτὰρ φράσον μοι ποῦ 'σθ' ὁ πλȣ̃τος. ΚΑ. ἔρχεται·
ἀλλ' ἦν περὶ αὐτὸν ὄχλος ὑπερφυὴς ὅσος.
οἱ γὰρ δίκαιοι πρότερον ὄντες, καὶ βίον
ἔχοντες ὀλίγον, αὐτὸν ἠσπάζοντο, καὶ

ἐδε-

ἐδεξιοῦνθ' ἅπαντες ὑπὸ τῆς ἡδονῆς.
ὅσοι δ' ἐπλούτουν, οὐσίαν δ' εἶχον συχνὴν,
οὐκ ἐκ δικαίου τὸν βίον κεκτημένοι,
ὀφρῦς συνῆγον, ἐσκυθρώπαζόν θ' ἅμα.
οἱ δ' ἠκολούθουν κατόπιν, ἐστεφανωμένοι,
γελῶντες, εὐφημοῦντες· ἐκτυπεῖτο δὲ
ἐμβὰς γερόντων εὐρύθμοις προβήμασιν.
ἀλλ' εἶα ἅπαξάπαντες ἐξ ἑνὸς λόγου
ὀρχεῖσθε, καὶ σκιρτᾶτε, καὶ χορεύετε·
οὐδεὶς γὰρ ἡμῖν εἰσιοῦσιν ἀγγελεῖ,
ὡς ἄλφιτ' οὐκ ἔνεστιν ἐν τῷ θυλάκῳ.

Sed age Carion dic mihi vbi nam est Plutus? CA. Venit mirabili circundatus hominum frequentia. Qui antea iustè, & tenuiter viuebant, nimia voluptate illecti, amplexibus, dextrisq; porrectis illum certatim excipiebant. At diuites qui prius fuerant, & partas iniustè opes domi posſidebant cumulatas, corrugata fronte mœrorem summum præ se ferebant. Cum interim boni illi et æqui Plutum proximè sequerentur, coronati, ridibundi, & faustis acclamationibus intenti, quin personabat etiam solea senum in numerum saltantium. Quare agite vos quotquot adestis, vno, eodemque summo consensu tripudiate, exilite, & choros instaurate: quandoquidem nobis quopiam ingredientibus, nemo posthac obiecturus est, farinam nostris non inesse sacculis.

ποῦ 'σθ'. *Responsio inepta.* ὄσος. ποῦ 'σθ' *pro* ποῦ ἐστιν. *idem quod suprà dixit,* ποῦ 'στιν. ἥξει τι *ineptum, & seruo dignum responsum. Rogatus de loco, respondet de facto. Apud Comicum Latinum idem facit Dauus, interrogatus enim, Quid isthic tibi negotij est? respondet, Modò introij.* ὄσος. *Notanda hic significatio particulæ* ὄσος, *adiectiuo enim postposita, aduerbij* λίαν *uim habet. Ergo* ὑπερφυὴς ὄσος, *est ingens, et conferta admodum.* δεξιοῦσθαι. ἐδεξιοῦντο. δεξιοῦσθαι, *est aliquem per dextram*

capere

capere, uel illi dextram dare: quæ prehensatio perhumana est, & beneuola. Dextra enim ut fidei, ita & charitatis atq; amoris symbolum est. Propterea Pythagoras admonens quoslibet in amicitiam non esse admittendos dicebat, μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δεξιάν, id est, dextram non cuiuis esse porrigendam. Dextra.

βίον. facultates & ea omnia quæ uitæ degēdæ sunt necessaria. βίος.

ὀφρῦς συνῆγον, supercilia cogebant, ringebātur. Supercilium duarum potißimûm rerum index est, arrogantiæ & iracundiæ. Modesti homines & placidi frontem & supercilia remittunt, quæ fastuosi & iracundi contrahunt. Superciliū.

ἐσκυθρώπαζον, sæuitiam quandam præ se ferebant. σκυθρωπάζειν.

Σκυθικοὺς ὦπας εἶχον, uultu Scythico, id est, immani & toruo erant. Scythicum uocant quod est immite, inamœnum, tetricum & austerum. Verbo confictо à nota Scytharum feritate. *ἐκτυπεῖτο, modum rusticæ saltationis uelut depingit: densior enim solea agrestium, inter saltationem, durius terram ferit, quàm urbanorum, in saltatorio ludo scitè tripudiare doctorum.*

εὐρύθμοις προβήμασι, numeroso progressu, & composito, quod fit ubi omnes uno tenore, & concordi saltu incedunt. Ne putes autem hæc ironicè dicta, nam rustica rusticis placent, quemadmodum urbana urbanis. *ἐξ ἑνὸς λόγου, uno modo, una ratione & consensu, nemine alij contradicente, aut aliqua ratione illi obsistēte. In uno enim cœtu si diuersæ sunt saltationes, probari potest illic diuersas & dissentientes esse uoluntates. Vbi in uerbis & oratione consensus requiritur, Græci non dißimili loquendi formula dicuntur loqui, dicere, uel concinere ἐξ ἑνὸς στόματος uno ore, quod & μιᾷ φωνῇ, id est, una uoce profertur.* ἐξ ἑνὸς λόγου. ἐξ ἑνὸς στόματος. μιᾷ φωνῇ.

χορεύετε, Choros celebrate. accipiendus chorus non pro chorea & saltatione (hoc enim per ὀρχεῖσθαι notatur) sed pro hominum cœtu & æqualium coïtione, quæ diebus ferè festis & solennibus solet certis in locis fieri ubi ludo, risui, & nugis plurimus est locus. χορεύειν.

εἰσιοῦσιν, participium indefinitum ab εἴσειμι, intrò eo. εἰσέρχομαι. *ἄλφιτα. Apparet uerba hæc olim in pauperes iactari consueuisse, quo uolebant significare eos extrema pauperie premi. Nam illi cui farina deest & panis, multa alia ut desint neceße est.*

ΓΥ. Νὴ τὴν Ἑκάτην κἀγὼ γὰρ ἀναθῆσαι βούλομαι
εὐαγγέλιά σ' ἐν κριβανωτῶν ὁρμαθῷ
τοιαῦτ' ἀπαγγείλαντα. ΚΑ. μή νυν μέλλ' ἔτι.
ὡς ἄνδρες ἐγγύς εἰσιν ἤδη τῶν θυρῶν.

ΓΥ. φέρε νυν ἰοῦσ' εἴσω, κομίσω καταχύσματα,
ὥσπερ νεωνήτοισιν ὀφθαλμοῖς ἐγώ.
ΚΑΡ. ἐγὼ δ' ἀπαντῆσαί γ' ἐκείνοις βούλομαι.

VX. Per Lunã mihi etiã perplacet, te nuntiũ vsqueadeò auſpicatum, longa ſerie panum coronare. CA. Ne cũcteris ergo: viri enim pro foribus iam ſunt. VX. Agè ego domũ ingredior, vnde oculis velut nuper emptis catachyſmata promam. CA. Interim ego me illis obuium feram.

Luna. ἑκάτην. *Prædiximus Lunam à diuitibus in triuijs coli conſueuiſſe. Hæc itaque putans ſe in numero diuitum eſſe, per Lunam iurare audet.* κἀγώ. *Quoniam Carion dixerat pauperes coronatos Plutum ſequi, faciam ego quoque ut Pluto adſis coronatus, & ut intelligant omnes in noſtris ſaccis farinam eſſe, coronam tibi contexam ex multis panibus: his uerbis ſeruum notans tam edacem, quàm ſeruus eam anteà dixerat bibacem.*

ἀναδῆσαι. ἀναδῆσαι *circumligare ſignificat, quæ ſignificatio non uacaret ioco: hic tamen pro* ϛεφανῶσαι *accipit Carion, qui ſubdit,* μή νυν μέλλ' ἔτι.

κριβανωτῶν. κρίβανος. κλίβανος. ἐν κριβανωτῶν. *Sunt* κριβανῶται *panes clibanarij, id eſt in clibano cocti. Quod Atticis dicitur* κρίβανος, *communis lingua effert* κλίβανος. *Senſus eſt ſi legas* ἐν κριβανωτῶν ὁρμαθῷ, *in multitudine. i. inter multos & ordine diſpoſitos panes. Græcum gloſſema aliam nouit lectionem,* ἐκ κριβανωτῶν ὁρμαθῶν, *multis ordinibus panum: ut non ex alia re, quàm ex panibus coronam intelligat concinnandam, nam alia re coronari poteſt, qui in medijs panibus coronatur.*

Pro foribus eſſe. θυρῶν. *Qui fit ut dicat Plutum prope fores eſſe, cùm ipſe & Chremyli uxor pro foribus eſſent? Quanuis Plutus tum procul adhuc eſſet, & ideo cui Carion ait ſe obuiam iturum, interea dum Chremyli uxor cætera domi curabit, tamen ita dici ſolet, de ijs quæ poſtmodum futura ſunt, & quæ inſtant. Græci etiam dicunt* περὶ τὰς θύρας εἶναι, *in foribus, id eſt, in proximo adeſſe.*

καταχύσματα. καταχύσματα. *Athenienſibus mos fuit, ut cùm ſeruus emptus in ædes domini primùm ingrederetur, ante focum in caput eius effunderentur nuces, ficus, & uaria tum leguminum, tùm fructuum genera, quæ à conſeruis excipiebantur. Vnde miſſilia eiuſmodi à* κατὰ *&* χέω καταχύσματα *uocabantur. Signum erat copiæ & ubertatis quæ in ea domo erat. Vxor itaque Chremyli, quoniam intelli-*

git Plutum oculos recuperasse, & quasi nouos sibi comparasse, qui primùm ad se ueniant, uult catachysmata parare, quæ de more effundat in oculos illos, ὥσπερ νεωνήτους, id est, quasi qui sint nuper empti, & recepti. βούλομαι. *Post hæc uterque ab altero discedit. Chremyli uxor domum se recipit: Carion ad Plutum recurrit. Interea chorus cantiuncula spectatores remoratur, donec de templo Aesculapij egrediatur Plutus, qui promiscua hominum caterua stipatus, cõiectis in cœlum oculis, in hæc uerba loquitur.*

ΠΛΟΥΤΟΣ.

Καὶ προσκυνῶ γε πρῶτα μὲν τὸν ἥλιον,
ἔπειτα σεμνῆς Παλλάδος κλεινὸν πέδον,
χώραν τε πᾶσαν Κέκροπος, ἥ μ' ἐδέξατο.
Αἰσχύνομαι δὲ τὰς ἐμαυτοῦ ξυμφοράς.
οἵοις ἄρ' ἀνθρώποις ξυνὼν ἐλάνθανον·
τοὺς ἀξίους δὲ τῆς ἐμῆς ὁμιλίας
ἔφευγον, εἰδὼς οὐδὲν ὁ τλήμων ἐγώ·
ὡς οὐδ' ἐκεῖν' ἄρ', οὐδὲ ταῦτ' ὀρθῶς ἔδρων.
Ἀλλ' αὐτὰ πάντα πάλιν ἀναστρέψας ἐγὼ,
δείξω τὸ λοιπὸν πᾶσιν ἀνθρώποις, ὅτι
ἄκων ἐμαυτὸν τοῖς πονηροῖς ἐνεδίδουν.

PLVTVS.

ET Solem imprimis quidẽ adoro, deinde uenerãdę Palladis solũ memorabile: vniuersam neq; nõ, quæ me feliciter excepit, Cecropis regionẽ. At enim quantũ me mearũ pudet calamitatũ! Quib⁹ cũ hominib⁹, obsecrò, imprudẽs olim sum versat⁹! E diuerso quàm multos fugitaui, mea cõsuetudine dignissimos, & familiaritate? Sed ego, vt erã egregiè miser, oĩm horũ erã ignar⁹ yt nihil miri sit, si & illic, & hîc me, contrà quàm decuit, habuerim. Verùm bona spes est, rebus hisce omnibus

in diuersum commutatis, porrò effecturũ me, vt nemo in posterum futur⁹ sit, quin intelligat, quòd ad scelestos illos minimè ex animo diuerterim.

καί. *Καί. Quò spectat hoc καί; Si cum γε ponas, uim habet confirmandi. Aut uerò credendum quod uerisimile est, Plutum, antè quàm de templo egrederetur, alia quædam illic dixisse, puta, multas Aesculapio gratias egisse, sibi congratulatum esse, Chremylo et Blepsidemo magnam gratiam habuisse. Nunc ergo in maiorem lucem prodiens, additurus quæ sequuntur, ijs quæ præcesserant, ait καὶ id est præterea.*

Sol. *ἥλιον. Sol & Apollo idem sunt: Apollo Aesculapij pater fuit, qui ut Plutus uisum reciperet, author primarius fuit, cùm Chremylo iußit, ut eum subsequeretur: ex ea enim re contigit, ut ad Aesculapium deduceretur. Deinde Solem meritò adorat: nam ille est fons omnis luminis. Ille ut omnia uidet, ita omnes omnia uidere facit, corporibus superioribus iuxta & inferioribus suum lumẽ impartitur. Mos fuit antiquis,* Persæ. Elephanti. *præcipuè autem Persis, Solem Deum esse credentibus, religionis causa orientem salutare. Quod & ab Elephantis fieri traditum est.*

παλλάδος. Athenis ab Neptuno & Pallade constructis, quæsitum ab utro nomen urbi daretur. Tandem uisum est ab eo esse imponendum qui rem ederet hominibus commodiorem. Ille terram tridente ferit, unde natus equus ad bellum commodus. Hæc terrã hasta percußit, hinc orta est oliua, arbor pacis typus, & medicaminibus utilißima. A Pallade igitur quæ Ἀθήνη dicitur, Athenæ appellatæ, in quarũ agro quoniam Plutus uisum recuperauit, Palladem loci eius præsidem, & ipsum Athenarum solum laudat. Cecrops. *κέκροπος. Cecrops genere Aegyptius fuit, qui in Atticam profectus regionem, multas urbes illic construxit, & ab austeriore uita in mansuetiorẽ traduxit. Ab eo Athenienses Cecropidæ nuncupati. Plutus ergo nõ solùm Apollini, Palladi & Athenis, sed & uniuerso Attico agro ἀνάβλεψιν suam fert acceptam, eoq; nomine omnibus illis debitorem se agnoscit memorem & gratum.*

οἵοις. Plutus cùm circumspectans improbißimos quosque & flagitiosißimos uideret opulentos per se factos, exclamat, οἵοις, cum qualibus, & quantum iniquis uiris uersatus sum! ξυνὼν ἐλάνθανον. Est ξυνὼν participium à ξύνειμι cum aliquo ago. ἐλάνθανον, ab anormi λανθάνω. *λανθάνω. Notanda constructio, ut λανθάνω per aduerbium imprudenter, uel per nomen imprudens, siue per imprudentiam exponatur. Participium autem conuertatur in suum uerbum, quod erit eius temporis & modi cuius erat λανθάνω. Propterea redde ξυνὼν, ξύνην*

uersabar

uersabar, ἐλάνθανον *imprudenter. Muta tempus,* λανθάνω ζωῶν, *imprudens uersor. Per futurum* λήσομαι ζωῶν, *imprudenter uersabor. Iam per tempus perfectum* ζωῶν λέλησμαι, *nesciui me uersatum.* εἰδὼς οὐδὲν, *nihil comperti habens, nullum discrimen faciens.* ὁ τλήμων. ὁ *notationem habet excellentiæ: insignis ego miser, infelix ut si quis alius.* ὥς *pro* διὰ τοῦτο, οὐδ᾽ ἐκεῖνα, *neque illa rectè faciebam, cùm malos ditarem,* οὐδὲ ταῦτα, *neque hæc, cùm inopes esse bonos sinerem.* ἔδρων, *imperfectum à* δράω. ξυνεδίδουν. Δίδωμι *creat imperfectum* ἐδίδων. *sed usitatius est, quod à primitiuo desumitur,* διδόω, ἐδίδοον. *Vnde fit contractè* ἐδίδουν *& compositè* ξυνεδίδουν.

Articulus. ὥς. ξυνεδίδουν.

ΧΡΕ. Βάλλ᾽ ἐς κόρακας. ὡς χαλεπὸν εἰσὶν οἱ φίλοι,
οἱ φαινόμενοι παραχρῆμ᾽ ὅταν πράττῃ τις εὖ.
Νύττουσι γὰρ καὶ φλῶσι τὰ ἀντικνήμια,
ἐνδεικνύμενοι ἕκαστος εὔνοιάν τινα·
ἐμὲ γὰρ τίς οὐ προσεῖπε; ποῖος οὐκ ὄχλος
περιεστεφάνωσεν ἐν ἀγορᾷ πρεσβυτικός;

CHR. Facesse hinc in malam crucem: quàm molestum illud genus amicorum, qui protinus illis apparēt amici, quibus res contingunt secūdiores. Nam dum sedulò student pro se quisque, officiosos se præstare, lædūt, atque adeò frangunt crura fortunatorum. Vel me quis non hodie salutauit? quanta, senum etiam hominum, apud forum turba me circuncinxit!

Βάλλ᾽. *Chremylus illis succenset, qui ubi ditiorem eum factum uiderunt, obsequiosi ad eum conuolarunt, & beneuoli, qui prius tamē aspectu, etiam eum non fuissent dignati: rebus olim afflictis miserum aspernabantur, & deserebant, at eundem rebus bene cedentibus, ficto obtundunt obsequiolo. Est* βάλλε *à* βάλλω, *actiuum pro passiuo,* βάλλου *cōijciaris, relegeris, uel subauditur accusatiuus* ἑαυτόν. *Antea dixit* ἔρρε. *à comica festiuitate non fuerit alienum, quod de Stratonico Atheniensi citharœdo, & musico celeberrimo, scriptum extat: is cùm in psalten, molestius nescio quid obstrepentem incidisset, pro,* βάλλ᾽ ἐς

Βάλλε. Actiuū pro paßiuo. Stratonicus

κόρακας dixit literula una per iocum deprauata, ψάλλ' ἐς κόρακας.

χάλεπον ſ. πρᾶγμα. φαινόμενοι, rectè uisi, & apparentes, re uera enim φίλοι non ſunt. παραχρῆμα ilico, ſtatim ubi fortunam in melius mutatam olſecerunt, & quaſi in ipſa ſtatus permutatione. τὰ ἀντικνήμια. κνήμη eſt ſura, oppoſita pars, ἀντικνήμιον, id eſt, crus uocatur. Non modò ſequuntur adulatores ſed ut cõſpicui ſint magis, offerunt ſeſe, uerùm tanta multitudine ut ab illis tãtùm non opprimatur. τίς, admirationem potius habet, quàm interrogationem, quis non? quaſi nemo nõ: ergo omnes. Sic ποῖος οὐκ, quãta non turba, maxima igitur. ἐν ἀγορᾷ. Ab Aeſculapij æde rediẽs domum ſuam, per forum illi fuit iter. πρεσβυτικός. Grauitas ſenes decet, & illis potius honos debetur, quàm ab illis ulli debeatur, ſed hoc præpoſterè fit, ubi ſenex inops iuniori occurrit potentiori.

ἀντικνήμιον.

Senectus.

ΓΥ. ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, σὺ, καὶ σὺ, χαίρετε.
φέρε νῦν (νόμος γάρ ἐστι) τὰ καταχύσματα
ταυτὶ καταχέω σου λαβοῦσα. ΠΛ. μηδαμῶς·
ἐμοῦ γὰρ εἰσιόντος εἰς τὴν οἰκίαν
πρῶτα, καὶ βλέψαντος, οὐδὲν ἐκφέρειν
πρεπῶδές ἐστιν, ἀλλὰ μᾶλλον εἰσφέρειν.
ΓΥ. εἶτ' οὐχὶ δέξῃ ταῦτα τὰ καταχύσματα;
ΠΛ. ἔνδον γε παρὰ τὴν ἑστίαν, ὥσπερ νόμος.
ἔπειτα καὶ τὸν φόρτον ἐκφύγοιμεν ἄν.
οὐ γὰρ πρεπῶδές ἐστι τῷ διδασκάλῳ
ἰσχάδια καὶ τρωγάλια τοῖς θεωμένοις
προβαλόντ', ἐπὶ τούτοισιν ἐπαναγκάζειν γελᾶν.
ΓΥ. εὖ πάνυ λέγεις· ὡς οὑξενικός οὑτοσὶ
ἀνίσταθ' ὡς ἁρπασόμενος τὰς ἰσχάδας.

VX. O virorum optatiſsime, tuq́; & tu, ſaluete. Iam agè, ego, ex præſcripto legis, catachyſmata iſthæc accipiam, & in tuum caput effundam. PLV. Minimè. Nam cùm poſt mihi reſtitutum viſum ego tuas ædes nunc primùm ſubeam, in eas aliquid inferre, quàm de eis quidpiam efferre, multo ſanè decentius fuerit. VX. An

An verò pòst,tu ea accepturus non es? PLV. Domi quidem hoc fiet,apud focum,quomodo lex iubet. Deinde nos illic onerosa ista turba liberabimur. Et minus cōuenit,vt doctor sparsis in spectatores nucibus & tragematis,risum ex ea re, & plausum venetur. VX. Rectè admodum sentis. Sed hic hospes quanto impetu, quasi nuces accepturus,in me irruit!

ὦ φίλτατε. Chremyló ne marito,an Pluto hæc? Est enim salutatio hæc prima ex propēsiore animo profecta. Cæteræ sunt perfunctoriæ. Vidimus anteà hanc mulierem magis de Pluto,quàm de Chremylo solicitam,quare credibilius est,hoc illi,quàm Chremylo dici, & ita rem habere quæ sequuntur confirmant. φέρε νυν. Excitat Plutum ad id quod factura est. νόμος.hoc obtendit, ne quid ineptè uideatur suscepisse. καταχέω,effundo:hoc presenti tēpore monstrat,quàm prompta fuerit in spargendis catachysmatis. Nam,ut & hoc sciatur, non modò in seruos,sed & in quoscunque catachysmata iaciebantur, unde boni aliquid sperari poterat,ut esset eiusmodi fusio, uelut quoddam bonū omen. Vergilius, Tibi ducitur uxor,sparge marite nuces.

Catachysmata.

σοῦ. Pendet hic genitiuus à præpositione cū uerbo iuncta,χέω κατὰ σοῦ. λαβοῦσα,accipiens de canistro,calatho uel sacculo. πρώτισα,primùm,per me scilicet,ac nullo duce,propterea subiungit καὶ βλέψαντος,alioqui certum est anteà eum illuc ingressum, & olim uidisse,priùs quàm à Ioue excæcatus esset. ὥσπερ νόμος.s. κελεύει, aut aliud quiddam tale. ἔπειτα, pòstea quàm domum ingressi fuerimus. φόρτον,onus,prementem multitudinem quæ ἀντικνήμια etiā Chremyli paulò antè lædere dicebatur. uel φόρτον accipe,cū Græco interprete,φορτικὸν γέλωτα,risum effusum & odiosum,quē ederet subsequens hominū colluuies,si in Plutū nuces spargi uideret. διδασκάλῳ. Aristophanes διδασκάλους uocat comicos quosdā,simulq; eos insectatur,quòd illi auræ popularis captādæ gratia,antè quàm fabula cepisset agi,in coronā spectatorū bellaria profundebant,unde fiebat,ut hinc uulgus illectū, fauore prosequeretur, quod alioqui erat ineptissimū. Nolo (inquit Plutus) exēplo huiusmodi διδασκάλων,proiectis ante tuas ædes catachysmatis,risum hic cieri et cachinnos,dū alij super alios corruent,& nō sine inani uociferatione,atq; contētione,ob rem nihili,ad manus deueniant. προβαλόντι, respicit διδασκάλῳ. ἐπαναγκάζειν cogere, quoniam res suapte

διδάσκαλος.

suapte natura, & per se, id est si ratio haberetur scripti & argumēti, digna potius esset quae exibilaretur, atque exploderetur: quare risus hîc quodammodo est coactus. ὡς δέ. *Cùm mulier dixisset, domū referenda esse bellaria, in turba, quae Plutum sequebatur, aderat uir quidam, non de uicinia Chremyli, sed* ξενικὸς *id est peregrinus & mulieri ignotus, qui uel quòd esuriret, uel ut risum excitaret, manibus in tragemata porrectis, aliquam partem auidè sibi arrepturus fuit, si non cauisset mulier: ob hoc itaque eum accusat, & ut helluonem importunum Pluto accusandum demonstrat.* ἀνίσατο, *exurrexit, corpus promouit, ut bellaria pertingeret. Interea Plutus & Chremylus cū suis domum ingrediuntur, reliqua turba se subducente. Chorus in proscenio restat, qui spectatores tripudio & carmine tantisper erigit, dū Carion domo Chremyli egrediatur, summam illius opulentiam cunctis palàm facturus.*

ΚΑΡΊΩΝ.

Ὡς ἡδὺ πράττειν ὦνδρες ἔστ' εὐδαιμόνως!
καὶ ταῦτα μηδὲν ἐξενεγκόντ' οἴκοθεν.
ἡμῖν γὰρ ἀγαθῶν σωρὸς εἰς τὴν οἰκίαν
ἐπεισπέπαικεν οὐδὲν ἠδικηκόσιν.
οὕτω τὸ πλουτεῖν ἐστὶν ἡδὺ πρᾶγμά τι.
ἡ μὲν σιπύη μεστή 'στι λευκῶν ἀλφίτων·
οἱ δ' ἀμφορῆς οἴνου μέλανος ἀνθοσμίου.
ἅπαντα δ' ἡμῖν ἀργυρίου καὶ χρυσίου
τὰ σκευάρια πλήρη 'στὶν, ὥστε θαυμάσαι.
τὸ φρέαρ δ' ἐλαίου μεστόν· αἱ δὲ λήκυθοι
μύρου γέμουσι. τὸ δ' ὑπερῷον, ἰσχάδων.
ὀξὶς δὲ πᾶσα, καὶ λοπάδιον, καὶ χύτρα
χαλκῆ γέγονε. τοὺς δὲ πινακίσκους τοὺς σαπροὺς
τοὺς ἰχθυηροὺς, ἀργυροῦς πάρεσθ' ὁρᾶν.
ὁ δ' ἰπνὸς ἡμῖν ἐξαπίνης ἐλεφάντινος.
στατῆρσι δ' οἱ θεράποντες ἀρτιάζομεν

χρυσοῖς. ἀποψώμεσθα δ᾽ οὐ λίθοις ἔτι,
ἀλλὰ σκοροδίοις ὑπὸ τρυφῆς ἑκάστοτε.
καὶ νῦν ὁ δεσπότης μὲν ἔνδον βουθυτεῖ
ὗν, καὶ τράγον, καὶ κριὸν ἐστεφανωμένος.
ἐμὲ δ᾽ ἐξέπεμψεν ὁ καπνός, οὐχ οἷός τε γὰρ
ἔνδον μένειν ἦν· ἔδακνε γὰρ τὰ βλέφαρά μου.

CARION.

QVanta, ô viri, voluptas iis est, quibus contingit, fortuna vti splendidiore? præsertim autem, si ea felicitas nullo rei familiaris dispendio paratur. Qualis prorsus nuper accidit nobis, qui, nulla cuiusquam iniuria, in ædibus nostris ingentem omnium bonorum nacti sumus aceruum. Ad eum profectò ditescere modũ, res est, suprà quàm credi queat, suauis & iucunda. Apud nos arca pistoria farina oppleta est triticea. Amphoræ vino plenæ rubro, & fragranti. Nullum præterea nobis vasculum, quod, ad miraculum vsque, auro atque argento non sit refertum. Puteus olei plenus. Lecythi pretioso plenæ vnguento, denique plenum est nucibus solarium summum. Iam nobis hæc omnia sunt ærea, acetarium vas, lopadium, & ollæ, quotquot, & quantacunque illa sint. Adhæc, qui prius viles nobis erant ichthyeri, nũc in argenteos videre est commutatos. Quondã quæ nobis fuit laterna cornea, mirabili & repentina conuersione facta est eburnea. Quid quòd nos seruuli ludimus, par impar, aureis stateribus? Neque verò lapidibus podicẽ amplius detergimus, sed alliis idq; subinde, delitiarum scilicet & animi gratia. Postremò herus meus corona comptus, suem, hircum & arietem Diis mactat intus: vnde huc exire me compulit fumus, qui oculos vsqueadeò offendebat meos, vt nulla ratione diutius illic restitare sustinuerim.

πράττειν cum εὐδαιμόνως, sonat εὐπράττειν καὶ εὐτυχεῖν, quod

est, τὸ πλοῦτον. καὶ ταῦτα. s. ἡδύ ἐστι. maxime uerò placet ἐξενεγκόντι ei qui extulit μηδέν. Est ἐξενεγκὼν participium ab ἐκφέρω anormi. Poßis legere et ἐξενεγκόντα, ut ad infinitiuũ πρᾶττειν referas, nõ ad ἡδύ ἐστιν. ἡμῖν et ἠδικηκόσιν datiui sunt post uerbũ ἐπεισπέπαικεν. Nihil prohibet quominus uertas in genitiuũ, hoc modo, ἐπεισπέπαικεν εἰς τὴν οἰκίαν ἡμῶν οὐδὲν ἠδικηκότων. Verbum ἐπεισπέπαικεν cõponitur ab ἐπί, εἰς et παίω. Militare est uerbum: per uim irruo, magno impetu aggredior. uiolentiã uerò tollit, cum subiungit, οὐδὲν ἠδικηκόσιν, ut notetur hoc uerbo ingens uis diuitiarum, domũ Chremyli certatim ingressarũ. μεστή 'στι pro μεστή ἐστι. Vocat farinas albas triticeas: ijs.n. nullæ farinæ albiores. uel capit id quod præcedit pro eo quod sequitur, albis panib. qui eo sunt suauiores Carioni, quo uesci cõsueuerat atrioribus. ἀμφορῆς. ἀμφορεὺς pluralem nominatiuũ facit ἀμφορεῖς cõtractè, Atticè aũt τῶν εἰ, εἰς τοῦ η mutato, ἀμφορῆς. μέλανος. rustico palato uinũ nigrũ cõuenit, quod ut austerius, ita et generosius illis existimatur. uel nigrũ uocat ἐρυθρὸν rubrũ et nigro proximũ: cõmendatur hoc nomine à colore, quomodo per ἀνθόσμιον à sapore, & odore, uoce cõposita ab ἄνθος & ὀσμός, floreo. i. suauißimo odore, cuius odor nares tãgit amœnius, quàm quiuis flos. σκευάρια diminutiuũ nomẽ, uascula nostra: paupibus.n. qualis antea fuit Chremylus, nõ est ampla, sed curta supellex. ὥστε infinitiuo iũgitur, quomodo antea dixit Chremylus, in Peniã. μόλις εὐπορουμένῳ, ὥστε γενέσθαι, βούλημα καλόν. τὸ φρέαρ. O rerũ insignẽ mutationẽ, et copiã mirabilẽ. Oleũ tã nobis abũdat, quàm olim aqua, & unguẽta, quantũuis pretiosa, nõ pluris apud nos fiũt, quàm antehac oleũ. Propterea poëta Lecythũ, uas oleariũ, tribuit unguẽtis. ὑπερῷον. s. γέμει ὑπερῷον pro ὑπερώϊον cõtractè et Atticè dicitur, ut πατρῷον pro πατρώϊον. Dictio cõponitur ab ὑπέρ, et ὤϊον, quod fimbriam significat, et extremitatẽ. Primã uerò huius uocis originẽ ducũt à nomine ὄϊς, ἐκτάσει τοῦ ο εἰς ω. atq; ideo pro limbo accipi, ὅτι οἱ ἀρχαῖοι προβάτων δέρματα ἐνέβαλλον τοῖς τῶν ἱματίων κρασπέδοις. i. quòd antiqui aliquid de pellibus ouiũ extremis uestib. adijcerẽt. Hinc factũ, ut pro quacũq; extremitate ima, summa, aut alia quauis accipiatur. Summũ itaque tabulatũ, et cõtignatio ὑπερῷον uocatur, τὸ ὑπερκείμενον οἴκημα. Nõnulli τὰ ὦα uocãt οἰκήματα. Vnde hoc nomẽ cõpingunt. λοπάδιον, obbula, quomodo primitiuũ λοπὰς obbã significat: poculũ est ligneũ, humile quidẽ, sed latũ. χαλκῆ. cur æneas uel quia pulchra, et splẽdida per hoc innuit: est .n. χαλκὸς Homero νῶροψ à splẽdore dictus. Deinde quòd metallũ hoc rubiginis sit ex

pers

Margin notes: ἐξενεγκόντι. — ἐπεισπαίω — Vinum nigrum. — ἀνθόσμιον — ὥστε. — Lecythus. — ὑπερῷον. — ὦα. — λοπάδιον — νῶροψ.

pers. Postremò cõmendabile à fortitudine, unde et χαλκὸν dictũ uolũt παρὰ τῆ ἀλκῶ. i. à robore et firmitate. aspiratã uerò literam χ præponi ab Dorica proprietate. Illud scitũ, ueteres, præsertim diuites, æneis usos esse poculis, unde eorũ repositoria χαλκωθήκας nũcupabãt. ἰχθυηρούς uocat πινακίσκους scutellas quibus uenales pisces à pauperibus circunferuntur. πάρεσθ' pro πάρεστιν, quod est πάρον ἐστιν, promptũ est, licet. idẽ quod simplex ἐστίν. ἴπνος. Diuites facibus et tædis utuntur noctu, pauperes laternis corneis. Quod ergo antea cornu tegebat heri sui laternã, ait in ebur esse mutatũ. ἐλέφας nõ modò elephantẽ animal significat, sed & ebur, quod ex oßibus elephantis conficitur: hinc ἐλεφάντινος, eburneus. στατῆρσι. Stater nummus fuit Atticus aureus et didrachmus. Pollux: ὁ δὲ χρυσοῦς στατὴρ δύο εἶχε δραχμὰς ἀττικάς. i. Stater aureus nũmus duas drachmas Atticas habebat. ἀρτιάζομεν. Qui ἀρτιάζουσι, talos, nuces, nũmos, aut quidpiã aliud in manu cõcludũt: pòst, pugno collusori demonstrato, rogãt eũ, sint' ne in ea manu ἄρτια ἢ περιττά. i. res in numero pari, an uerò impari. Si is qui respõdet rectè cõiectauit, obtinuit. qui aũt exquirit, excidit: et è diuerso. ἀποψώμεσθα pro ἀποψώμεθα, abundat σ Atticè. λίθοις. Pauperes aluo exonerata qualibet re nates tergent, lapide, tegula, ligno, herba, aut alia re quacunq;, ad manũ quæ est. Carion diues factus, adeò allia dedignatur (quæ tamen illi quondam delitiæ fuerant) ut allijs nates purget. idq; crebrò facere, mira est illi uoluptas, ut secessum adire sæpius intelligatur, ductus uoluptate magis quàm neceßitate. βουθυτεῖ. hoc uerbum per se significat boues immolo, quòd regũ propriè est. Sacrificiũ huiusmodi ἑκατόμβη appellatur. Hîc autem quoniam respicit ὗν, τράγον & κριὸν, tantùm significat macto, nisi quod hoc uerbo apparatus magnificentior demõstratur. Quemadmodũ uerò pauperes in sacrificiũ molã, popana, et pelanos, ita diuites in legitimũ et pfectũ sacrificiũ Dijs mactabãt suẽ, hircum et arietẽ, quæ uictima trittys dicebatur. Apud Romanos ex trib. itidẽ cõstabat sacrificiũ, ex sue, oue, et tauro: hinc cõficta illis uox, solitaurilia. ἐστεφανωμένον. Hoc de more est sacra facientiũ. οὐχ οἷός τε ἦν, nõ erã potẽs. i. οὐκ ἐδυνάμην. nõ poterã intus manere. Sed perpẽde nõ ferendã seruuli insolentiã: dominus fumum fert, quẽ seruus ferre se nõ posse ait. Hæc cũ iactaret Cariõ et iã redire domũ pararet, ecce supuenit q antea diues, liberalitate factus erat miser, postea uerò quàm Plutus uisum recepit, in diuitẽ rursus euasit. Quoniã autẽ id sibi cõtigisse scit à Pluto, cũ puero ad Chremylum pergit, nõ immemorẽ beneficij, neq; ingratum se Pluto probaturus. Puerum ergo suum uir iustus sic alloquitur.

Aes.
χαλκωθῆκαι.
ἰχθυηρός.
πάρεστιν.
στατήρ.
ἀρτιάζειν.
βουθυτεῖν.
ἑκατόμβη
Trittys.
Solitaurilia
οἷός τε ἦν.

ΔΙΚΑΙΟΣ ἈΝΉΡ.

Ἕπου μετ' ἐμοῦ παιδάριον, ἵνα πρὸς τὸν θεὸν
ἴωμεν. καρ. ἔα, τίς ἐσθ' ὁ προσιὼν οὑτοσί;
Δικ. Ἀνὴρ πρότερον μὲν ἄθλιος, νῦν δ' εὐτυχής.
Καρ. Δῆλον ὅτι τῶν χρηστῶν τις (ὡς ἔοικας) εἶ.
Δικ. μάλιστ'. καρ. ἔπειτα, τοῦ δέῃ; Δικ. πρὸς τὸν θεὸν
ἥκω· μεγάλων γάρ μοῦ 'στιν ἀγαθῶν αἴτιος.
ἐγὼ γὰρ ἱκανὴν οὐσίαν παρὰ τοῦ πατρὸς
λαβὼν, ἐπήρκουν τοῖς δεομένοις τῶν φίλων·
εἶναι νομίζων χρήσιμον πρὸς τὸν βίον.
Καρ. Ἦ που σε ταχέως ἀπέλιπε τὰ χρήματα.
Δικ. κομιδῇ μὲν οὖν. καρ. οὐκοῦν μετὰ ταῦτ' ἦσθ' ἄθλιος;
Δικ. κομιδῇ μὲν οὖν. κἀγὼ μὲν ᾤμην οὓς τέως
εὐηργέτησα δεομένους, ἕξειν φίλους
ὄντως βεβαίους, εἰ δεηθείην ποτέ·
οἱ δ' ἐξετρέποντο, κοὐκ ἐδόκουν ὁρᾶν μ' ἔτι.
Καρ. καὶ κατεγέλων γ' εὖ οἶδ' ὅτι. Δικ. κομιδῇ μὲν οὖν.
Αὐχμὸς γὰρ ὢν τῶν σκευαρίων μ' ἀπώλεσεν.
Καρ. Ἀλλ' οὐχὶ νῦν. Δικ. Ἀνθ' ὧν ἐγὼ πρὸς τὸν θεὸν
προσευξόμενος ἥκω δικαίως ἐνθάδε.

IVSTVS VIR.

Heus pucrule, vt Deum illum adeamus, mecum vnà venito. CAR. Hui, quisnam ille, ad nos qui rectà contendit? IVST. Is sanè, qui nunc tam est beatus, quàm olim miser fuit, & calamitosus. CAR. Si non egregiè fallor, tu bonus aliquis vir es. IVST Is sum, crede indubitatò. CAR. Quid est autem quod te huc agat? IVST. Deum inuiso, qui author est eorum, quæ mihi affatim sunt bonorum. Nam vt

ſcias, quod olim mihi hæreditario iure obtigerat patrimonium, & illud quidem ſatis amplum, vt ingenio erã liberali, indigis amiculis commune mecum eſſe volui, ratus ad hanc vitam illud apprimè vtile eſſe. CAR. Mirum ſanè ni te tua ſtatim defecerint bona. IVST. Haud dubiè ſtatim. CAR. Et illinc tua miſeria ſcilicet. IVST. Illinc profectò: idq; intra paucos dies. Reputabam ego tum apud me, ſi quando mala fors ferret, vt indigerem ipſe, eos, quos liberalitate mea prius foueram, certiſsimos mihi fore amicos: at illi ſicubi in via mihi occurrebant, in aliam protinus diuertebant, vt ne ſuo quidem amplius me dignarétur aſpectu. CAR. Tu, credo, etiam illis ludibrio eras. IVST. Eram omnino: nam poſtea quàm omnia corraſi, cœpi vulgò miſer haberi. CAR. Nunc verò ſecus ſe res habent tuę. IVST. Verè multò ſecus: eaq; de re huc venio, Pluto, vt par eſt, gratias actur⁹ quàm potero maximas.

παιδάριον, non de ſeruulo dici, ſed de puero huius hominis iuſti placet accipi. Si enim de ſeruo diceretur, potius dixiſſet ἕπου μοι, id eſt, ſequere me, quàm μετ' ἐμοῦ, mecum: nam uult pater ut filius ſuus ſentiat à Pluto bona ipſis eſſe, quæ ut utriuſque erunt communia, ita conſentaneum eſt, ut communibus uotis Deo gratos ſe teſtētur. Quod ſi cui magis lubet, ut de ſeruulo dicatur, non magnopere refragabor. utrumlibet fuerit, inducitur κωφὸν πρόσωπον, id eſt, muta perſona, nam in hac ſcena cæteris loquentibus tacebit. Ideo autem adijcitur, ut intelligatur, quò, egreſſus domo ſua hic iuſtus, ire intendat. τὸν Θεόν. Articulus excellentiam notat: magnum illum, & celeberrimũ Deũ cuius nomen apud omnes innotuit. ἔα. Quemadmodum ἄγω & φέρω de ſuis imperatiuis ἄγε & φέρε aduerbia formant, ſic ab ἐάω fit imperatiuum ἔα, συγχωρητικόν, id eſt ſine, quod migrat in aduerbium hominis ſe continentis, & ad aliquid conſiderandum ſe componentis.

[margin: παιδάριον] *[margin: Perſona muta.]* *[margin: Articulus.]* *[margin: ἔα.]*

δῆλον ὅτι, hoc in loco hæc uerba non explanant, ſed confirmant, certè, dubio procul. ὡς ἔοικας, ut appares & uideris. Si is es, quẽ præ te fers: nam externæ fronti non ſemper habenda fides. Eſt ἔοικας perfectum medium Atticum de quo ſuprà: pro præſenti ponitur. μάλιστα Minimè erras, probus uir ſum: quod ideo de ſe prædicat, ne à Pluto arceatur. τοῦ δέῃ; οὗ pro τίνος, qua re indiges, id eſt, quid

[margin: δῆλον ὅτι.] *[margin: Temporis enallage.]* *[margin: τοῦ δέῃ.]*

quid te mouet ut huc ad nos uenias? Antea dixit τ̃ χάριν ἢ τ̃ δεόμενος ἦλθε. Quid quærens, cuius rei gratia. μου. τῶν ἐμῶν, ἱκανὴν οὐσίαν, tantùm facultatum, quantum homini libero debet esse satis. Ita loquitur qui modestus est, Arrogãs ostẽtator suas o̅es cum Crœsi opibus cõparaßet. Eodẽ et æquè modesto animo ait, ἐπήρκουν· sic subministrabã, ut cõtentos amicos esse oporteret. τ̃ φίλων pro τοῖς φίλοις. χρήσιμον. Si uera sunt quæ scribit Plato, ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν, Nemo nostrũ natus est sibi tantùm. Si quæ uulgò audiuntur, Ἀναγκαιότερος πυρὸς καὶ ὕδατος ὁ φίλος, Magis necessarius est amicus, quàm ignis & aqua. Rursum, oportere etiã ἄχη τῶν φίλων κοινὰ εἶναι. dolores et incõmoda amicorum cõmunia esse: quis nõ studeat amicis sua impartiri, et suppeditare? Et re uera id fieri ita oportet, uerè amicis, nõ autem ijs de quibus dici solet, ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία, Feruet olla, uiget amicitia. ἦσθ' pro ἦσθα, quod ab Aeolib. manauit, qui secundis personis in σ exeuntibus θα adijciunt, ergo ἦσθα est τὸ ἦς. κομιδῇ μὲν οὖν. Ecce ut simpliciter, minimeq; accuratè loquitur, idem bis dixit, κομιδῇ μὲν οὖν. Qui affectatè loqui uoluisset, lenocinio exquisitiore suã orationẽ uariasset: fucus enim mẽdacium comitari solet. κἀγὼ μὲν. In κἀγὼ, καὶ abundat, & μὲν pro δὲ ponitur, ἐγὼ δέ. ἐξέπ. s. ἐμέ. ὄντως, pertinaciter, ut proprio etiam periculo parati essent, mea causa perire. δ' ἐτρέποντο. Theognis optimo iure eos dãnat amicos (si modo digni sunt amicorum nomine) qui sunt μέχρι προσηγορίας φίλοι. i. salute tenus amici, quid autem de his dicturus erat, qui cõgressu, imò & aspectu bene meritos de se, nõ dignãtur? καὶ κατεγέλων. καὶ, præterea, augmentum habet ingratitudinis. Non salutari, non lubenter uideri ab amico, uideri graue debet, at etiã derideri, omnium est grauißimum. εὖ οἶδ' ὅτι. Asseuerationis formula, qualis est in εὖ ἴσθ' ὅτι, quo de suprá. κομιδῇ μὲν οὖν. Vides perpetuam in dicendo simplicitatem? αὐχμὸς ἦν· quæ enim orta est siccitas, τ̃ σκευαρίων. i. uasculorum. Præter expectationem hoc subdit, credi potuit ut diceret, τῶν πυρῶν, ἢ κριθῶν, tritici, uel ordei. Sine humore et imbre sata, & fruges ad iustam non perueniunt maturitatem, sed ex maiore siccitate nascitur sterilitas, et agricolarum calamitas. Per metaphoram ait, post supellectilem consumptam in gratiam amicorum, se in extremam deueniße paupertatem. Vnde postea propemodum perijt: nam in rebus aduersis, personati amici amicos deserunt. ἀλλ' οὐχὶ, νῦν. s. αὐχμὸς ἀπολεῖ σε. ἀνθ' ὧν, quamobrem: quoniam scilicet res mihi iam suppetunt.

Casus. ἦσθα. καί. μὲν. καί. εὖ οἶδ' ὅτι. αὐχμός.

καρ. τὸ τριβώνιον δὲ, τί δύναται πρὸς τῶν θεῶν,
ὃ φέρει μετὰ σοῦ τὸ παιδάριον τουτί; φράσον.
Δικ. καὶ τοῦτ' ἀναθήσων ἔρχομαι πρὸς τὸν θεόν.
καρ. μῶν οὖν ἐμυήθης δῆτ' ἐν αὐτῷ τὰ μεγάλα;
Δικ. οὔκ. ἀλλ' ἐνερρίγωσ' ἔτη τρισκαίδεκα.
καρ. τὰ δ' ἐμβάδια; Δικ. καὶ ταῦτα συνεχειμάζετο.
καρ. καὶ ταῦτ' ἀναθήσων ἔφερες οὖν; Δικ. νὴ τὸν Δία.
καρ. χαρίεντα γ' ἥκεις δῶρα τῷ θεῷ φέρων.

C A. Agè verò per Deos, detritum palliolum quod tuus tecum portat puer, quid ſibi vult? Loquere obſecrò. I V S. Pluto, ad quem venio, in animo eſt ſacrare. C A R. Hoc ipſumne eſt quod indueras, quo tẽpore Cereris initiatus es ſacris? I V S. Non: verùm eo indutus totos tredecim annos vehemẽti horrore alſi. C A. Et hi calcei quorſum nam? I V S T. Et ipſi annos totidem hyemarunt mecum. C A. Deo itaq; & hoſce attuliſti ſacrandos? I V S. Scilicet. C A R. Dona nimirum Deo adfers ſpecioſa.

τί δύναται, quid poteſt, cuius, aut quantæ uirtutis eſt. Ironiæ plena ſunt uerba Carionis. Cum enim lacerum ſit pallium, in quem uſum ferri poteſt? πρὸς τῶν θεῶν. Adiurat per Deos, quo ironiã prodat maiorẽ. φράσον. Hoc dicitur, ut hærẽti et perplexo. ἀναθήσων. Quæ donariæ in templis ſuſpenduntur, ut ſint poſteritati monimentum diuini alicuius beneficij, ἀναθήματα uocãtur. Qui ea dicat & ſuſpendit, ἀνατιθέναι dicitur. καὶ antè τοῦτο uel abundat, uel affirmat. ἐμυήθης. Apud Eleuſin Atticæ regionis uicum, ſacra fiebant, Eleuſinia dicta, quæ duûm generum erãt, μεγάλα καὶ μικρά. i. magna & parua. Illa Cereri, hæc Proſerpinæ Cereris filiæ celebrabãtur. Parua fuerunt uelut προκάθαρσις et κατήχησις quædã. i. luſtratio prima et inſtructio, qua inſtituebãtur, qui μεγάλοις ſacris uolebãt initiari. Moris fuit, ut quã ueſtẽ quis eo tẽpore geſtaret, quo initiaretur, nõ prius eã exueret, quàm lõgo uſu detrita, geſtari amplius nõ poſſet. nã tũ ferebatur in tẽplum, dicãda illi Deo, religionis cuius cãdidatus fuiſſet, qui ſacrandam offerebat. Rogat itaque Carion num ea ueſtis ſit, quam puer portat, quam induerat Iuſtus uir, cùm ſacris Cereris initiaretur,

δύναμαι. πρὸς τῶν θεῶν. ἀναθήματα. καί. Eleuſis Eleuſinia Sacra.

Nomen tacitum.

ἐμυήθης *indefinitum est à* μυέομαι. ἐν αὐτῷ. s. τριβωνίῳ. τὰ μεγάλα. s. μυστήρια ἐνερρίγωσα, *in ipso* τριβωνίῳ ἐρρίγωσα, *rigui, horrore & frigore penè contabui: à themate* ῥιγόω. τὰ δ᾽ ἐμβάδια. s. τί δ᾽ ὤνατο; χαρίεντα. *Ironia est, ut* ἥκεις φέρων *periphrasis, pro* φέρεις. *Post hæc Iustus uir cum Carione ad Plutum erat ingressurus, de improuiso autem aliũde prodiens Sycophanta, eos remoratur, qui desperatis rebus, lamentabili uoce, suam calamitatem deflet, grauiterq; offensus, de Pluto, tanti mali authore, conqueritur.*

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

οἴμοι κακοδαίμων, ὡς ἀπόλωλα δείλαιος,
καὶ τρισκακοδαίμων, καὶ τετράκις, καὶ πεντάκις,
καὶ δωδεκάκις, καὶ μυριάκις. ἰοὺ, ἰού.
οὕτω πολυφόρῳ συγκέκραμαι δαίμονι;
καρ. Ἄπολλον ἀποτρόπαιε, καὶ θεοὶ φίλοι,
τί ποτ᾽ ἐστὶν ὅ, τι πέπονθεν ἄνθρωπος κακόν;
συκ. οὐ γὰρ σχέτλια πέπονθα νυνὶ πράγματα,
ἀπολωλεκὼς ἅπαντα τἀκ τῆς οἰκίας
διὰ τὸν θεὸν τοῦτον; τὸν ἐσόμενον τυφλὸν
πάλιν αὖθις, ἤν περ μὴ λίπωσιν αἱ δίκαι.
δικ. Ἐγὼ σχεδὸν τὸ πρᾶγμα γινώσκειν δοκῶ·
προσέρχεται γάρ τις κακῶς πράττων ἀνήρ·
ἔοικε δ᾽ εἶναι τοῦ πονηροῦ κόμματος.
καρ. Νὴ Δία καλῶς τοίνυν ποιῶν, ἀπόλλυται.

SYCOPHANTA.

O me infortunatum, vt perii infelix, & ter miser, & quater, & quinquies, et duodecies, et decies millies! Heu, heu. Méne tã multiplici, tamq; vario obrui infortunio? CAR. Apollo malorum auersor, & vos ô Dii boni, ecquod tandem malum hic homo passus est? SYC. An nõ est nuper mecum miserè actum, cui, propter istũ

Deum

Deum, contigit, vt quidquid rei familiaris esset, id semel ac vniuersum concideret? Atqui, si iura modò seruabũtur inuiolata, futurum est, vt ipse in pristinam redigatur cæcitatem. IVST. Videor ego mihi, hoc quidnã sit, propemodum assecut⁹. Viro sanè, qui huc venit, res ex animi sententia non cedunt, apparet autem mali cuiusdam commatis esse. CAR. Ergo per Iouem optimo iure perierit.

Τρισκακοδαίμων, de incremẽto numerorũ uult incrementũ notari malorũ. Qui infelices omneis, inquit, mea supero infelicitate, tripla, quadrupla, quintupla, duodecupla, & decies millecupla. πολυφόρῳ, *uinum multæ aquæ patiens, & quod uocant* οἶνον οἰνώδη, *id est, uinum uinosum, Græci appellant* πολυφόρον, *quemadmodum quod debile est, & aquæ impatiens* ὀλιγοφόρον. *Sycophanta non ineleganti metaphora dicit se diuexatum à dæmone, & genio quopiam malo* πολυφόρῳ, *qui ipsi multa & uarij generis mala inuexit, quibus non aliter uires & bona amisit, quàm uinum dilutius suam uim amittere solet. Id quod uel protrito liquet adagio,* ἀπώλεσας τὸν οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ, *id est, Perdidisti uinũ infusa aqua.* συγκέκραμαι, *cõmixtus sum, de uino. n. dicitur diluto et tẽperato. Accipitur pro oppressus sum, attritus et subuersus. Dicitur aũt* συγκέκραμαι, *pro* συγκεκέραμαι *p̄ syncopen, thema* συγκεραννύω, *seu* συγκεράννυμι. *Vide* κεραννύω, *uerbum anorme.* Φίλοι *amici hominibus, qui ab hominibus mala depellitis, tristia, et calamitosa amolimini.* ἀπολωλεκώς. *Participiũ Atticũ ab* ἀπολέω, *cõmune esset* ἀπωλεκώς. *Tale fuit* ἀπόλωλα, *uerbũ p̄fectũ ab* ἀπόλλομαι *pro* ἀπῶλα. τἀκ *pro* τὰ ἐκ τᾶ. *s.* ἀγαθὰ ἐκ τῆς οἰκίας, οἰκεῖα, *domestica. i. domus meæ.* τουτονί, *in hoc pronomine subest fastidiũ et contẽptus.* πάλιν αὖθις. ἐκ περισσοῦ. *altera. n. dictio suffecisset.* ὑπάρχῃ ἐὰν, *si iura nõ me reliquerint i. si iudices corrupti nõ fuerint. Est* λίπωσιν *à themate* λείπω. κόμματος *à* κόπτω, *percutio, cudo, numus dicitur non bene percussus, qui illegitimus est et adulterinus.* κίβδηλος, *ad imposturam factus.* Per *metaphoram dicimus mali cõmatis esse, qui moribus est improbis. Ideo aũt* ἔοικε, *quia quemadmodũ numisma ex inspecta imagine protinus dignoscitur quale sit, legitimum an adulterinum, ita ex oris figura ferè ingenium hominis & mores deprehendimus.* Euripides,

γνοίη δ' ἄν ὡς τὰ πολλά γ' ἀνθρώπων πέρι,
τὸ σχῆμ' ἰδὼν, ὃς εἰ πέφυκεν εὐγενής· *id est,*

πολύφορος

ὀλιγοφόρος

συγκέκραμαι.

τἀκ.

κόμμα.

Vbi hominum formã cõsideraris, ut plurimum sanè cognoscas quisne sit indolis generosæ. καλῶς ποιῶν, *rectè agens. Quod rectè fit, iure fit. Dum hic* κακῶς πράττει. *præposteris utitur rebus,* καλῶς ποιεῖ, *pulchrè facit, optimo iure ita illi contingit. Oportet enim bona bonis esse, & mala malis.*

ποιῶν καλῶς.

Συκ. ποῦ ποῦ 'σθ' ὁ μόνος ἅπαντας ἡμᾶς πλουσίους
ὑποσχόμενος οὗτος ποιήσειν εὐθέως,
εἰ πάλιν ἀναβλέψειεν ἐξ ἀρχῆς; ὁ δὲ
πολὺ μᾶλλον ἐνίους ἐστὶν ἐξολωλεκώς.
Καρ. καὶ τίνα δέδρακε δῆτα τοῦτ'; Συκ. ἐμὲ τουτονί.
Καρ. ἦ τῶν πονηρῶν ἦσθα καὶ τοιχωρύχων.
Συκ. μὰ Δί', οὐ μὲν οὖν ἔσθ' ὑγιὲς ὑμῶν οὐδὲ εἷς.
κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἔχετέ μου τὰ χρήματα.
Καρ. ὡς σοβαρὸς, ὦ Δάματερ, εἰσελήλυθεν
ὁ συκοφάντης. Δικ. δῆλον ὅτι βουλιμιᾷ.
Συκ. σὺ μὲν εἰς ἀγορὰν ἰὼν ταχέως, οὐκ ἂν φθάνοις·
ἐπὶ τοῦ τροχοῦ γὰρ δεῖ σ' ἐκεῖ στρεβλούμενον
εἰπεῖν ἃ πεπανούργηκας. Καρ. οἰμώζ' ἄρα σύ.

SYC. Vbinam quæso est, vbi est ille, qui, si denuo ipsi, vt prius, videre liceret, vsqueadeò magnificè iactitabat, se vnum effecturum, vt omnes confestim ditesceremus? Atqui multò peius quàm vnquam nonnullos euertit. CAR. In quem verò talia admisit? Syc. In hunc ipsum me. CAR. Tu omnino vir es sceleratus, & fur. Syc. Imò, per Iouem, nihil quidquam est in vobis sanæ mẽtis. Nec quisquam est qui mihi dissuadeat, vos eos esse, qui mea occupetis bona. CAR. O Ceres, sycophanta hic quàm petulanter, huc se inuexit, & arroganter? IVS. Planè inedia languet. Syc. Nunquam me hercle effugies, quin ilicò in ius rapiaris. Illic enim oportet te rotæ insertum, & arctissimè reuinctũ, quæ tu flagitiosè patraris, profiteri. CAR. Faxo

Faxo sanè ego vt hoc nomine iam lugeas.

ὑποσχόμενος, participium à uerbo ὑπισχνέομαι. ὅστις. In genere loquitur, nec se lubenter nominat expreßum, uir superbus, & qui falso titulo probitatē præ se fert, ut hoc modo simplices in fraudem illiciat, & in exitium calumniosè protrahat. ἦσὶν ἐξολωλεκὼς, periphrasis, pro ἐξολώλεκε. τίνα post δέδρακε, quod duobus accusatiuis iungitur. Latini personam uertunt uel in datiuum, uel in accusatiuum cum præpositione: cui? uel in quē hæc fecit? id est, Quosnam peius tractauit? τουτονὶ, τοῦτον, pronomen est δεικτικόν. Ne longius petas qui de Pluto queratur, habes qui tecum de eo expostulet, me hunc scilicet ipsum. τῶν πονηρῶν. genitiuus hic subauditum habet uel nomen, εἷς, unus es improborum: uel præpositionem ἐκ, ut sit ἐκ τῶν πονηρῶν, ex improbis es, id est, de numero & ordine sceleftorum hominum, & qui ui, iniuria, ac uiolentia sibi uiuendi rationē parant. μὰ Δία, negatio cum iureiurando. Repetitur negatio. οὐ μὲν οὖν (uel iunctis particulis οὐμενοῦν) non est, Iouem testor, non est, inquàm, ὑγιὲς οὐδὲν οὐδ' ὑμῶν, sana mens in ullo uestrum: Nemo planè uestrum, sanæ mentis est. Sonant hæc ad uerbum, non est sanum, id est, sanitas & sanus animus, ullius uestrum. οὐδενὸς tertiam habet negationem, quæ summam sycophantæ importat asseuerationem. κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ. Verbum uerbò sic reddes, Nec est ut non, id est, non fieri potest quin. uerbo uno dixißet, ἦ uel ὄντως, Re uera poßidetis: sed longa uerborum hæc circuitio, irritati animi significationem habet expreßiorem. σοβαρὸς, elato & audaci animo, ut qui uix dū ingressus, & Deum uanitatis, atque imposturæ, & nos furti accuset. εἰσελήλυθεν, huc uenit, nos adortus est, rectà nos adijt. ὁ pro ὄντος, gestu hoc effertur aspernabili. βουλιμιᾷ. Ingens & non toleranda fames βουλιμία dicitur, unde βουλιμιᾶν summa laborare inedia. βοῦ, aduerbium est intendendi, quod significat πάνυ, μεγάλως, & λίαν· λιμὸς fames: ut is, dicatur βουλιμιᾶν, qui præ fame totum bouem sit deuoraturus. Iustus culpam iracundiæ in famem sycophantæ censuit reijciendam. Quod ita acerbè desæuiat, inquit, hoc fames efficit. Dictum est autem uetere prouerbio, Fames & mora bilem in nasum cōciunt. Et famelicorum uentrem, latrantem dicunt, & iratum. φθάνοις. Sic expones uerbum φθάνω· οὐκ ἂν φθάνοις ἰών, nunquam efficies quin eas, nullà ratione poteris te expedire, quin à me in ius uoceris. Dicuntur hæc Carioni, qui acerbius eum uocauerat πονηρὸν, τοιχωρύχον, et σοβαρὸν συκοφάντην. Modestius enim multo Iustus

ὑποσχόμενος.

Nomen tacitum.

Præpositio tacita.

Negatio.

βουλιμιᾶν

βοῦ.

Fames.

φθάνειν.

dixerat cum εὐλιμιᾶρ. *Ecce autem ut ad lites mouendas paratus est calumniator.* τροχοῦ. *Noxij adligabantur rotis, ut radijs rotarũ cõuulsi, lenta quidem morte, sed maximo cruciatu illic perimerentur. Peculiarius fuisse seruis tormentum hoc uolunt, quo exsculpebatur, quod illi perperã admiserant.* οἴμωζε, *luge. Ergo iam te tui pœniteat dicti. Minatur illi uerbera & luctũ. Aut uerò contẽptus est. Quos enim aspernamur, iubemus eos plorare. Sumptum à Scythis, qui Dario regi nihil aliud responderunt, quàm* κλαίειν.

Roti. — οἴμωζε. — κλαίειν.

ΔΙΚ. Νὴ τὸν Δία τὸν σωτῆρα πολλοῦ γ' ἄξιος
Ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν ὁ θεὸς ἔσθ', ὅτι
τοὺς συκοφάντας ἐξολεῖ κακοὺς κακῶς.
ΣΥΚ. οἴμοι τάλας, μῶν καὶ σὺ μετέχων καταγελᾷς;
ἐπεὶ πόθεν θοιμάτιον εἴληφας τοδί;
ἐχθὲς δ' ἔχοντ' εἶδόν σ' ἐγὼ τριβώνιον.
ΔΙΚ. οὐδὲν προτιμῶ σου. φορῶ γὰρ πριάμενος
τὸν δακτύλιον τονδὶ παρ' εὐδάμου, δραχμῆς.
ΚΑΡ. Ἀλλ' οὐκ ἔνεστι συκοφάντου δήγματος.

IVST. Sospitatorem ipsum Iouem testor, apud Gręcos Plutum plurimi ea de re potissimùm fieri, quòd sceleratos sycophantas funditùs euertat. Syc. O me miserum. Etiam tu me ridere paras? Dic autem, vndenã tibi nitidum hoc indumentum? Memini me ante hosce dies videre te vilissimo contectum palliolo. IVST. Tuam ego calumniam nihili pendo, vt qui anulum gestem, drachma ab Eudama ipso comparatum. CAR. Sed nullus vsquam est anulus tam efficax, qui aduersus sycophantæ morsum quidquam possit.

Σωτῆρ.

Σωτῆρα. *Ex quamplurimis cognominibus Iouis, unum fuit cum primis celebre quo* Σωτὴρ *id est seruator dictus est, quod in conuiuijs maximè ueteres usurpabant. Prisci moris fuit, ut cibis appositis uinum merum infunderetur, quo significatum uolebant, quanta uis*

esset

esset boni dei. Postea quàm uerò quisque pro suo arbitrio diluisset, nomen Iouis Seruatoris præfabantur, per hoc innuentes, uinum ita esse temperatum, ut citra noxam bibi iam posset. Primum poculum Ioui sacrabatur, qui pro loco, & re nomen sortiebatur. In uictoriali cõuiuio, calix dicebatur διὸς ὀλυμπίου. Iouis Olympici. In nuptiali aũt, διὸς ὡραίου γάμου, Iouis tempestiuarũ nuptiarũ authoris. In hac re primus crater Iunoni itidem ut Ioui sacrabatur. Secundum poculũ ἥρωσι tribuebatur, heroibus et semideis. Tertium poculum τῷ Διὶ τῷ σωτῆρι sacrabant. i. Ioui sospitatori propterea quòd crederent potationem huc usque citra ebrietatem consistere posse. Vltra aũt quod erat, ad libidinẽ uergere & intemperiem. Qua ratione tertium craterem uocabãt τέλειον. i. perfectum & summũ, ut in quem bibendi desineret modus. Quanquam Asclepiades ad tertium usque scyphum progredi noluerit qui aiebat, primum ad sitim pertinere, secundum ad uoluptatem, tertium ad ebrietatem, quartum ad insaniam. Vide aũt, nũ idcirco iustus uir hic per Iouem Seruatorem ideo iuret, ut recordatio conuiuiorum, in quibus frequens sycophanta fuerat, & mentionem Iouis Seruatoris audierat, grauius eum offendat, qui nunc miser, à consortio hominum, ut execrabilis submouendus est. πολλοῦ ἄξιος, multa re dignus est, magni fit, multum honoris consequitur. ὁ μετέχων, socius iniuriarum. θοιμάτιον, τὸ ἱμάτιον. εἴληφας. Perfectum Atticum ab anormi uerbo λαμβάνω. προτιμῶ, propriè est pluris facio, pro simplici ponitur, facio, curo, κήδομαι. Idẽ quod dixerat Carion, οἰμώζε ἄρα σύ. Δακτύλιον. In anulis ferendis fatalem quandam, ac uelut magicam inesse uirtutem, antiquitas existimauit, uel ad depellenda incommoda, uel commoda ijs cõcillanda, qui anulos gestarent. Gyges Lydorum rex tantæ efficaciæ anulos habuisse fertur, ut illis ditesceret, illis gratus & amabilis esset, & quocunque libitum erat, iret. Talem habere se Iustus ait, quem ab Eudamo emerit, qui philosophus fuit, rerum naturalium peritißimus, in hoc genere adeò exercitatus, ut anulos conficeret aduersus dæmones, ueneficia, ferarum morsus, præsertim contra serpentes, qui eiusmodi erant, ut non solùm homines ὀφιοδήκτους, id est, à serpentibus iam morsos curarent, sed & ne morderẽtur, impedirent, qui propter præsentem remedij præstantiam φαρμακῖται uocabantur, quemadmodum φυσικοί, propter mutuam rerum naturaliũ uel συμπάθειαν. i. consensum & cognationem, uel ἀντιπάθειαν. i. dissensum & repugnantiam. Naturalium enim rerum opportuna applicatio conferebat ad contrahendum, uel expellendum. Isthæc nosse

Iupiter. Pocula. τέλειον. θοιμάτιον. εἴληφα. προτιμᾶν. Anulus. Gyges. Eudamus. φαρμακῖται. φυσικοί.

exactè, eius demùm est, qui naturalium rerum causam callet, & uim secretiorem. δραχμῆς. *Collocatur hæc dictio post participiũ* πριάμενος. *Drachma tantum capit sex obolos, ut mirè exiguum uideri queat pretium rei tam nouæ, & exquisitæ. At hoc dicit ut iniuriã faciat sycophantæ, cui iam adeò angusta res est, ut ne drachma quidem supersit huiusmodi anulis comparandis, cum contrà, bonis usqueadeò nihil desit, ut pretiosissima quæq; minimo etiam constent.* δήγματος. *Etiam si anulus quem gestas plurimũ potest aduersus morsum ferarum, tamen aduersus dentem & calumniam sycophantæ, inefficax est. Nam nemo est, quamlibet etiam bonus & æquus, qui sycophantarum uitet calumniam. Cõstructio est eiusmodi,* οὐκ ἔνεστι. *s.* φάρμακον. *i. remedium, uel* ἐπῳδή. *i. incantatio* δήγματος συκοφάντου, *aduersus morsum sycophantæ. uel* οὐκ ἔνεστι. *s.* δακτύλιος, *non conficitur anulus,* δήγματος, ἔχων ἰσχὺν πρὸς τὸ δῆγμα συκοφάντου.

Drachma.

Nomen tacitum.

Συκ. Ἆρ' οὐχ ὕβρις πολλὴ ταῦτ' ἐστί; σκώπτετον·
ὅ,τι δὲ ποιεῖτον ἐνθάδ' οὐκ εἰρήκατον·
οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ γὰρ ἐνθάδ' ἐστὸν οὐδενί.
Καρ. Μὰ τὸν Δί' οὔκουν τῷ γε σῷ, σάφ' ἴσθ' ὅτι.
Συκ. Ἀπὸ τῶν ἐμῶν γὰρ, ναὶ μὰ Δία, δειπνήσετον.
Δικ. Ὡς δὴ 'π' ἀληθείᾳ σὺ μετὰ τοῦ μάρτυρος
διαῤῥαγείης, μηδενὸς ἐμπεπλησμένος.
Συκ. Ἀρνεῖσθον; ἔνδον ἐστὶν ὦ μιαρωτάτω
πολὺ χρῆμα τεμαχῶν, καὶ κρεῶν ὠπτημένων.
ὖ ὖ, ὖ ὖ, ὖ ὖ, ὖ ὖ, ὖ ὖ, ὖ ὖ.
Καρ. Κακόδαιμον, ὀσφραίνει τι; Δικ. τοῦ ψύχους γ' ἴσως·
ἐπεὶ τοιοῦτον ἀμπέχεται τριβώνιον.

SYC. Obsecrò, an non est insignis hęc iniuria? nihil aliud quàm me luditis: cuius autem rei gratia hæreatis hîc, nec dũ mihi dixistis. Vnde fit vt facilè mihi persuadeam; vos hoc in loco, nullius rei bonæ causa, restitare. CAR: Velim hoc scias, profectò non tibi, inquam, bonæ. SYC. Non dubium me hercule, quin

de

de meo sitis hodie cœnaturi. IVST. Si ita res habet vt dicis, vtinam tu, cum tuo teste, iam crepes medius: quamquam famelicus es, & nullo cibario satiatus. SYC. Vos mihi cibum esse negatis? atqui intus apud me, ô impurissimi homines, & piscibus, & assariis dapibus focũ videre est magnificè instructũ. hy hy, hy hy, hy hy, hy hy, hy hy, hy hy. CAR. Quid est quod odoraris, miser? IVST. Frigoris fortasse quidpiam: quid enim miri, cùm tali tegatur palliolo?

εἰρήκατον. Non fuit cur illi dicerent, præsertim non roganti, sed hoc illi graue, quod nihil de illis audiat, unde causam arripiat, qua eos poßit in ius uocare. Id quod facturus erat cùm Carion, dixit, ἢ τῶν πονηρῶν ἦσθα, καὶ τοιχωρύχων (Animum enim eius rei faciundæ fuisse sycophantæ, testatus satis est ipse, cum dixit, Σὺ μὲν εἰς ἀγορὰν ἰὼν ταχέως, οὐκ ἂν φθάνοις) sed illi nondũ aderat testis, qui postea quasi aliud agens, cò adrepsit, ubi hi contendebant. At coram teste cauent Iustus et Carion, ne quid incõsultius effutiãt, quod ipsis postea obfuturum sit. ὑπέρ γε σῶ. s. ἀγαθῶ. *repete* οὐκ ἔσμεν ἐνθάδε ἐπ' ἀγαθῷ ὑπέρ γε σῶ. σάφα *pro* σαφῶς, *uel* εὖ. τῶν ἐμῶν s. ἀγαθῶν *de meis facultatibus furti eos insimulat, ut quid contumeliosè illi obijciant, sed iustus prudenter conuitium in risum uertit. Sic disrumparis, ut uerum est quod dicis, nẽpe nos de tuo cœnaturos. Sic ergo illudit, Si nos de tuo cœnabimus, tu uelim, ut rumparis inuidia. Quod si non ita continget, meritò mendacij es accusandus. Vtrouis accidente, omnis & noxa, & culpa in te erit retorquenda.* τὸ μάρτυρος. *demonstrat testem Sycophantæ, cui tantundem mali imprecatur.* χρῆμα *Nomen hoc cum genitiuo excellentiam quandam notat* χρῆμα φρονήσεως, *mirabilis prudentia. Aliquando adiectiuum adijcitur, ut* καλόν τι χρῆμα καὶ μέγα, *res pulcherrima & maxima. Per superlatiuum enim excellentia quæ huic dictioni inest, significatur. Ergo* πολὺ χρῆμα τεμαχῶν, *uocat ingentia frusta piscium. Non enim aliarum rerum, quàm piscium* τεμάχη *i. pars est. Propterea discrimen notaturus poëta subiungit,* καὶ κρεῶν. *In alijs rebus à pisce, portio* τόμος *uel* κόμμα *potius uocetur. Meminit aũt piscium, quòd olim in conuiuijs præcipuus luxus in piscibus esset.* ὓ ὓ, *his aduerbijs exprimit sonum eorum, qui spiritu per nares ducto, & reducto, nidorem ciborum olfaciunt.* ὀσφραίνῃ. *Atticum pro* ὀσφραίνῃ

Nomen tacitum.

χρῆμα.

τεμάχη.

Pisces.

ὓ ὓ.

Nomen tacitum.

Sensuum uerba.

ὀσφραίνῃ. τοῦ ψύχους. Subaudi τι uel ὀσμὴν, olfacit, id est, sentit, percipit. Quod narium est, ad totum corpus transfert. Verba enim sensuum, confundi nouum non est, ut uidere pro audire.

Συκ. ταῦτ' οὖν ἀνάσχετ' ἐστὶν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί;
τούτους ὑβρίζειν εἰς ἔμ'. οἴμ' ὡς ἄχθομαι,
ὅτι χρηστὸς ὢν, καὶ φιλόπολις πάσχω κακῶς.
Δικ. σὺ φιλόπολις καὶ χρηστός; Συκ. ὡς οὐδεὶς ἀνήρ.
Δικ. καὶ μὴν ἐπερωτηθεὶς ἀπόκριναί μοι. Συκ. τὸ τί;
Δικ. γεωργὸς εἶ; Συκ. μελαγχολᾶν μ' οὕτως οἴει;
Δικ. ἀλλ' ἔμπορος; Συκ. ναὶ σκήπτομαί γ' ὅταν τύχω.
Δικ. τί δαί; τέχνην τιν' ἔμαθες; Συκ. οὐ μὰ τὸν Δία.
Δικ. πῶς οὖν διέζης, ἢ πόθεν, μηδὲν ποιῶν;
Συκ. τῶν τῆς πόλεώς εἰμ' ἐπιμελητὴς πραγμάτων,
καὶ τῶν ἰδίων πάντων. Δικ. σύ; τί μαθών; Συκ. βούλομαι.
Δικ. πῶς οὖν ἂν εἴης χρηστὸς ὦ τοιχωρύχε,
εἴ σοι προσῆκον μηδὲν, εἶτ' ἀπεχθάνει;
Συκ. οὐ γὰρ προσήκει τὴν ἐμαυτοῦ μοι πόλιν
εὐεργετεῖν μ', ὦ κέπφε, καθ' ὅσον ἂν σθένω;
Δικ. εὐεργετεῖν οὖν ἐστι τὸ πολυπραγμονεῖν.
Συκ. τὸ μὲν οὖν βοηθεῖν τοῖς νόμοις τοῖς κειμένοις,
καὶ μὴ 'πιτρέπειν ἐάν τις ἐξαμαρτάνῃ.
Δικ. οὔκουν δικαστὰς ἐξεπίτηδες ἡ πόλις
ἄρχειν καθίστησιν. Συκ. κατηγορεῖ δὲ τίς;
Δικ. ὁ βουλόμενος. Συκ. οὔκουν ἐκεῖνός εἰμ' ἐγώ·
ὥστ' εἰς ἔμ' ἥκει τῆς πόλεως τὰ πράγματα.
Δικ. νὴ Δία πονηρόν γ' ἆρα προστάτην ἔχει.
ἐκεῖνο δ' οὐ βούλοι' ἂν, ἡσυχίαν ἔχων,
ζῆν ἀργός; Συκ. ἀλλὰ προβατίου βίον λέγεις,
εἰ μὴ φανεῖται διατριβή τις τῷ βίῳ.

Δικ. οὐδ' ἂν μεταμάθοις; Συκ. οὐδ' ἂν εἰ δοίης γέ μοι
τὸν πλοῦτον αὐτὸν, καὶ τὸ Βάττου σίλφιον.

SYC. Prò Deum atque hominum fidem, mussitandáne hæc iniuria est? Tantam ego contumeliam, ab istis vt feram? Heu quanto differor dolore, dum me, virum bonum, & reipublicæ studiosum, tam malis videam acceptum modis? IVST. Tu verò bonus ciuis, & frugi? Syc. Sum ergo, quantùm est alius nemo. IVST. Percupiam, vt ad ea quæ rogabere mihi respondeas. Syc. Quid habes quod me roges? IVST. Nostin, obsecrò, agricultură? Syc. Tu me insanum adeò putas? IVST. Negotiationém ne? Syc. Eam, si quando res postulat, pernoui adsimulare. IVS. Quid ergo? artĕ didicisti vllam? Syc. Nullă planè. IVS. Perquam mirum profectò, quî, aut vndénam tibi victus suppetat, qui nihil rerum geras. Syc. Ego rerum omniŭ tum publicarum, tŭ priuatarum satago. IVST. Tu, quæsò, qua instructus arte hoc agas? Syc. Ita lubet. IVST. Age furcifer, cùm hoc ad te nihil attineat, & hinc omnibus fias odiosus, quo pacto te virum bonŭ esse credis? Syc. Ain tu, virorum ineptissime, vtrum ad me non pertinet, pro mea virili, de ciuibus meis bene mereri? IVS. Bene igitur mereri, est in re aliena curiosius versari. Syc. Imò verò est latis legibus opem ferrè, neque quod quis perperam admisit, conniuentibus oculis inultum relinquere. IVST. Ea de re vrbs consultò magistratus qui authoritate præsint, sibi creare solet. Syc. Est vt dicis. Verùm cuius fuerit sontes apud magistratŭ illum accusare? IVST. Nimirum cuiuslibet. Syc. Ille ego sum, ad quem hoc munus propriè pertinet, vt intelligas ad me reipub. nostræ negotia pertinere. IVST. Sceleratum itaque vrbs sibi nacta est vindicem & tutatorem. Postremò hoc vnum mihi dicito. Non satius tibi videatur, quietè, & molestis hisce delationibus omissis, otiosam vitam agere? Syc. Ouiculæ vitam mihi

narras:ea verè vita non est,cui nulla exercitatio adest. IVS. Neq; institutũ hoc vitæ mutaueris? Syc. Nõ, ne si mihi quidem Plutũ ipsum dederis, & Batti silphiũ.

οἴμοι. *ταῦτα ἀνάσχετα,hæc tolerabilia,& æquo animo ferenda? οἴμοι urget,& indignationem habet.Subiungit autem quæ illa sint quæ non patienter sufferat,nempe τούτους ὑβρίζειν εἰς ἐμέ. χρηστός. uerba hæc meram sapiunt συκοφαντίαν,modestus enim qui est,suarum laudũm & uirtutum ἐγκωμιαστὴς non est. ἐπερωτηθεὶς ἀπόκριναι interrogatus responde,ita dici consueuit ijs,qui inconsultius, & amplius quàm par est loqui solent,quod uitium proprium est sycophãtarum.*

Articulus. τὸ τί.

τὸ τί,pro simplice τί,articulo τὸ uacante. μελαγχολᾷν.Sycophãtæ diuites quàm pauperes potius insectantur,propterea pro insano se haberi uellet, si urbibus relictis, agricolarum solitudinem quæreret.

Negotiatio

σκήπτομαι. Olim quoniam negotiatores reipublicæ plurimùm commodabant,ut qui ab externis regionibus urbi necessaria adueherent,quæ autem in patria ob copiam nimis euilescebant, ad exteros trãsportarent.Rursus,siquando bellum ingruebat,quoniam reipub. causa belli commeatum & expensas suppeditabant, his de causis uisum priscis est,ut mercatores in bellum non mitterentur. Ait itaque Sycophanta,si contingit ut milites conscribantur,ego fingo me negotiatorem esse,ut hoc prætextu fugiam discrimina belli. τύχω, si quando è re mea fuerit,si aliquid hinc consequar, & utilitatem ex eo mihi fore intellexero. τέχνην τίνα, liberalem scilicet, aut illiberalem,& ex alterutro genere,unam aliquam?

ἔμαθες. διέζης.

ἔμαθες à μανθάνω. διέζης imperfectum à διαζάω,quod Atticè amat mutare α in η pro διέζας,ut in infinitiuo διαζῆν pro διαζᾶν. πόθεν, πῶς,quàm lautè aut tenuiter,quàm beatè & iucundè,aut miserè, & infeliciter? πόθεν,qua industria, quibus dolis & commentis. τῶν quæ sunt τῆς πόλεως reipub. hoc est τῶν πολιτικῶν, ἤτοι δημοτικῶν. εἰμὶ ἐπιμελητὴς, periphrasis τοῦ ἐπιμελέομαι. siue ἐπιμέλειαν ποιοῦμαι.

μαθών.

μαθὼν, indefiniti β participium à μανθάνομαι. βούλομαι. Responsum sycophanta dignum. Ita uolo & audeo,quo iure,quáue iniuria id de me fiat,ne cures. προσῆκον μηδέν.

Nominatiuus.

Nominatiui sunt absoluti pro genitiuis μηδενός σοι προσήκοντος. εἶτα, interim. ἀπεχθάνει Atticum pro ἀπεχθάνῃ.

κέπφος. λάρος.

ὦ κέπφε,κέπφος qui & λάρος appellatur, auis est circa mare uersans,spuma enim marina mirè gaudet, adeo ut cibi illius auiditate facilè capiatur.Primùm spuma illi obijcitur satis longo

spatio

ſpatio, poſtea propius, propiusq́; tādem qui ſpumam geſtat, manibus illi exhibet, quam dum inde ſibi capere Larus putat, capitur ipſe. Inſignis uecordia huius auis fecit, ut Cephus & Larus pro ſtulto & ſtupido accipiantur. Nonnunquam pro κέπφος, *legitur* κέμφος. *Latinè dici ſolent Fulica & Gauia. Pompeius fertur aliquando adportaſſe ex Aegypto cephum prodigioſum, quem ob miraculum Romanis oſtendit: erat enim quadrupes, ſed ſic ut pedes poſteriores humanis reſponderent pedibus, priores uerò manibus.* καθ᾽ ὅσον, *quātam, quatenus.* πολυπραγμονεῖν *eſt rebus ſuis neglectis aliena curare, et illis ita ſe implicare, ut et ſibi et alijs multū negotij atq; moleſtiæ exhibeatur. Verbū huic oppoſitū eſt* οἰκοπραγεῖν. *Tū, inquit, fatebor te εὐεργετεῖν, cū εὐεργετεῖν, et πολυπραγμονεῖν ſenſu accipiētur eodē.* μὴν οὖν, *atqui* εὐεργετεῖν ἐστιν τὸ *hoc, nēpe* βοηθεῖν, *tutari leges.* κειμένοις. *uocat leges* κειμένους *nō iacētes, et quæ in deſuetudinē abierūt, ſed quæ latæ ſunt, ſancitæ, et propoſitæ.* ἐπιτρέπειν ἐπιτρέπειν, *noxā remittere.* πώποτε *cū* μὴ, μήποτε *nunquā.* ἐξεπίτηδες, *quod dicitur et* ἐπίτηδες, *aduerbiū eſt, quod prouidè, et ſtudioſè ſignificat, quo modo hîc capere licet, tametſi ſunt qui pro* ἀργῶς & μάτην *accipiāt, ut cum interrogatione dicatur. Ergo urbs magiſtratus ſibi fruſtra cōſtituit?* ἄρχειν *poſt* καθίστησιν, *reddas per* πρὸς τὸ ἄρχειν, *ut alijs ciuibus præſint, & ſecundum leges unicuique ſuum ius tribuant.*

ἐκεῖνος, *ille nobilis delator. Iudicium non conſtat ſolo iudice, opus eſt præterea actore, & reo. Nec ullus eſt reus ſi non erit actor. Quāuis autem liberum cuique ſit accuſare, nemo tamen in urbe uiſitur qui ſæpius accuſet, & reos agat, quàm ego. Sycophantam ſe & calumniatorem eſſe manifeſtè docet, quàm rem non uitio, ſed laudi ſibi dandam exiſtimat, quaſi ipſe ſit cuius ope iudicia uigeant, cum tamen id tantùm ſit, quod ſubiungit Iuſtus,* προστάτης *ſcilicet* πονηρός, *id eſt, non iuris ſed iniuſticiæ ſummæ præſes & fautor. idémque eo iniuſtior, quo magis conatur æquitatem ſuis prætendere calumnijs.* βούλοιο. *Subaudiendum comparatiuum* μᾶλλον. *Vtrum uerò non malles* ἐκεῖνο, *illud quod iam propono, uidelicet,* ἡσυχίαν ἔχων, *quieſcendo, non ita miſerè & te, & tuos ciues uexando. Ocioſum eſſe, malum eſt, probos uiros calumnijs exagitare, malum grauius eſt, præſtat autem uni quàm duobus obnoxium eſſe malis.* προβατίου. *Omnium quadrupedum inertiſſimum eſt* προβάτιον, *ut ſcribit Ariſtoteles, nam nulla etiam de cauſa quandoq; prorepit in deſerta. ac nō rarò hybernis mēſibus è ſeptis egreditur, quod ſi à niuibus occupabitur, niſi paſtor compulerit, illinc*

κέμφος. Fulica. Gauia. πολυπραγμονεῖν. κείμενος. ἐξεπίτηδες. ἐπίτηδες. ἐκεῖνος. Iudicium. μᾶλλον. Ouis.

discedere non uult, illic cessans peritura, ni pastor arietem ipsum eò adduceret, quem ouis sequeretur præeuntem. Vnde factum ut uita & mores ouium dicantur de stolidis & imbecilioribus. μεταμάθοις *à* μεταμανθάνω, *quod est priore instituto relicto, nouum sectari.* αὐτόν, *ipsum etiam* Plutum, *quem uos tantopere effertis.* Βάττου. *Iuxta Cretã insula est, nomine* Thera, *unde profectus* Battus *in* Affricam *uenit, ubi* Cyrenem *urbem condidit.* Huius *beneficij memores* Afri *silphium illi sacrarunt, quod apud eos herba hæc gloriam inter herbas obtineat primam, ut cuius caulis, succus, folia, fructus, omnia deniq; quæ in silphio sunt preciosa sint, & utilia.* Amplius Batto *numisma percusserunt, in cuius altera parte regia facies sculpta erat, in altera silphium, quo donatus à* Cyreneis Battus *fuerat.* Hinc *factũ est ut* Batti *silphium, pro raro & nouo quopiam honore, uel dono accipiatur.* Tali *tamen præmio, sycophanta ait se adduci non posse, ut à calumnijs abstineat.*

μεταμανθάνω. Thera. Battus. Cyrene. Silphium.

Δικ. κατάθου ταχέως θοἰμάτιον. Καρ. οὗτος, σοὶ λέγει.
Δικ. ἔπειθ᾽ ὑπόλυσαι. Καρ. πάντα ταῦτα σοὶ λέγει.
Συκ. καὶ μὴν προσελθέτω πρός μ᾽ ὑμῶν ἐνθαδὶ,
ὁ βουλόμενος. Καρ. οὐκοῦν ἐκεῖνος εἰμ᾽ ἐγώ.
Συκ. οἴμοι τάλας, ἀποδύομαι μεθ᾽ ἡμέραν.
Καρ. σὺ γὰρ ἀξιοῖς τ᾽ ἀλλότρια πράττων ἐσθίειν.
Συκ. ὁρᾷς ἃ ποιεῖς; ταῦτ᾽ ἐγὼ μαρτύρομαι.
Καρ. ἀλλ᾽ οἴχεται φεύγων ὃν εἶχες μάρτυρα.
Συκ. οἴμοι περιείλημμαι μόνος. Καρ. Νυνὶ βοᾷς.
Συκ. οἴμοι μάλ᾽ αὖθις. Καρ. Δὸς σύ μοι τὸ τριβώνιον,
ἵν᾽ ἀμφιέσω τὸν συκοφάντην τουτονί.
Δικ. μὴ δῆθ᾽· ἱερὸν γάρ ἐστι τοῦ Πλούτου πάλαι.
Καρ. ἔπειτα ποῦ κάλλιον ἀνατεθήσεται,
ἢ περὶ πονηρὸν ἄνδρα καὶ τοιχωρύχον;
Πλοῦτον δὲ κοσμεῖν ἱματίοις σεμνοῖς πρέπει.
Δικ. τοῖς δ᾽ ἐμβαδίοις τί χρήσεταί τις; εἰπέ μοι.
Καρ. καὶ ταῦτα πρὸς τὸ μέτωπον αὐτίκα δὴ μάλα,

ὥσπερ

ὥσπερ κοτίνῳ προσπατταλεύσω τουτωΐ.

IVST. Hanc iam nunc exue veſtem. CAR. Heus tu, tibi hæc dicit. IVST. Calceos deinde tuos reſolue. CAR. Hæc omnia tibi dicit. Syc. Atenim huc ad me accedat veſtrum aliquis, cuicunque id lubitum erit. CAR. Itaque ille ego ſum. Syc. Miſerum me, interdiu etiam ſpolior. CAR. Cenſes æquum aliena tractando victum tibi parare. Syc. Satin vides quid agas? Ego vos de hac re teſtor. CA. Sed quem teſtem huc adducebas, aufugit. Syc. Hei mihi. Siccine ſolus ab iſtis obſideor! CAR. Iam vociferaris. Syc. Amplius etiam vociferabor: Hei, hei mihi. CAR. Porrige mihi tuum palliolum, vt eo ſycophanta opperiatur. IVST. Non do, eſt Pluto iampridem ſacratum. CAR. Nullibi poſthac decentius reponetur, quàm ſuper humeros flagitioſi huiuſce hominis, & furis ſummi. Plutum verò induméntis præſtantioribus ornari par eſt. IVST. Verùm dic mihi, quiſnam horum calceorum futurus eſt vſus? CA. Eos quoque ego in frontem huius, ceu in perticá oleaſtrinam, quàm primùm adigam.

κατάθου, imperatiuum à κατατίθεμαι, quod eſt onus & rẽ grauem excutere: quo demonſtrat non qualicunque ſed ampla, & diuite ueſte ſycophantam fuiſſe indutum. οὗτος. ſ. ὦ. uidetur Sycophanta demiratus, quod Iuſtus manum in ueſtem eius iniecerit, exiſtimaſſeq́; in ſe hoc fieri non debere. προσελθέτω, opis gratia ueniat ad me: Nam agnoſcit ſe nudandum ſerio. ὑμῶν. dicturus erat τις ὑμῶν aliquis ex uobis: ſed quoniam uidet cunctantiores eſſe ſpectatores, & mutuò ſeſe conſpicere, alius alium propellere, rem autem celeritatem deſiderare, precipitanter ſubdit, ὁ βουλόμενος προσελθέτω. οὐκοῦν. Carion inſultat Sycophantæ, dum repetit, quod de ſe glorioſulè pauló antè dixerat. Roganti enim illi τατηγορῶ ἢ τίς, cum reſpõdiſſet Iuſtus, ὁ βουλόμενος, ſtatim elato animo protulit, οὐκοῦν ἐκεῖνος εἰμ' ἐγώ. Nunc paria faciens Carion, poſtea quàm ille opẽ implorans, dixit, προσελθέτω ὁ βουλόμενος, reſpondet: Ego ille ero, qui te adibit, quo animo autem accedet, poſtmodum planum faciet.

κατατίθημι

τις ſubauditur.

ἀποδύομαι. An uerò à Iusto iustè fit, dum hunc spoliat? iustißimè sanè, nam oportet, posthac bonos tantùm ditari, & felices fieri.

μεθ' ἡμέραν. μεθ' ἡμέραν. Diurna uis grauior est, & ab audaciore animo profecta: quare supplicio maiore digna, nam minus effrons est, qui clam & noctu uiolentas manus alicui infert. Atticè aũt μεθ' ἡμέραν pro τῇ ἡμέρᾳ dictum uolunt. ἀλλότρια πράττων, aliena negotia curans. πολυπραγμονῶν, sycophantam perpetuò agens. μαρτύρομαι, circumstanti populo hoc ait, ego uos testes cito. ταῦτα περὶ τούτων, de ea quæ nunc mihi fit iniuria. οἴχεται. s. ὁ μάρτυς, quem in accusatiuum mutauit, ut conueniret cum uerbo ἦγες cui postponitur.

Accusatiuus Cõstructio. περιείλημμαι, à περιλαμβάνομαι. Vide anorme λαμβάνω. μόνος sine testibus: qui aderant enim testimoniũ dicere contra spoliantes recusabant. uel μόνος, nemine opitulante. τὸ τριβώνιον, palliolũ intelligit, quod Iustus puero ferendum dederat ad Plutum de quo Carion

ἀμφιέσω. ἱερόν. sic dixerat, τὸ τριβώνιον δὲ τί δύναται πρὸς τῶν θεῶν; ἀμφιέσω· futurũ ab ἀμφιέννυμι, quod pro ἀμφιέω ponitur. Prima huius uerbi origo est ἕω, τὸ ἐνδύομαι. i. induo. μὴ δῆτα. s. δώσω. ἱερόν· substantiuum est, τὸ ἀνάθημα, donum, idcirco subdit ποῦ ἀνατεθήσεται, ubi suspendetur aptius. Certè quando uilis, & detrita uestis, uili homini & inutili accommodatur; omnino illic est, quod uulgato fertur adagio, Dignum patella operculum. ἐμβάδιοις. Vbi palliolo ornatus est Sycophanta, rogat Iustus, quid de calceis, quos puer gestauerat cum palliolo, fiet. Ex ijs quæ sequuntur, constat in caput Sycophantæ à Carione fuisse coniectos. κοτίνῳ In templis perticæ erant, de quibus donaria pendebant. Perticæ aũt, quoniam nullo discrimine

Species pro genere: κότινος. ex arboribus sumebantur, speciem pro genere capit, cum ait προσπατταλεύσω κοτίνῳ τουτωΐ, agam in hanc perticam oleastrinam, id est, in hunc nebulonem, & uirum calumniatorem, quem ego poßim non immeritò cum ligno & stipite conferre. Dijs quæ offeruntur, ipsi non portant, sed in ligna quædam reijciuntur, hic autem, uelut ridiculus aliquis Deus, feret ipse, perticæ loco, quæ sacrata ipsi sunt, calceos & palliolum uidelicet.

ΣΥΚ. Ἄπειμι· γινώσκω δ' ἥττων ὢν πολὺ

ὑμῶν. ἐὰν δὲ σύζυγον λάβω τινὰ,

καὶ σύκινον, τὸν ἰσχυρὸν τοῦτον θεὸν

ἐγὼ ποιήσω τήμερον δοῦναι δίκην,

ὅτι καταλύει περιφανῶς εἷς ὢν μόνος

τὴν δημοκρατίαν, οὔτε τὴν βουλὴν πείθων
τὴν τῶν πολιτῶν, οὔτε τὴν ἐκκλησίαν.

Syc. Quandoquidem facilè video me vobis multo inferiorem, à vobis discedo: quòd si posthac mihi contingет, vt mei similem, & ficulnum quempiam nanciscar virum, efficiam ego, vt hocce die, feroculus iste Deus pœnas se dignas dependat. Ille enim est qui solus democratiam manifestè dissoluit, dum & consilium, & conciones dissuadet populares.

ἥττων, comparatiuum anorme, à positiuo μικρός, est aũt ὢν participium pro infinitiuo εἶναι cui adderetur, accusatiuus, ἥττονα ὄντα. σύζυγον. Hoc nomẽ de bobus propriè dicitur, qui sub idem iugũ mittuntur, nomine à σὺν & ζυγός conflato. Per metaphoram pro æquali, socio, pro homine qui moribus sit similibus, eiusdem sortis & conditionis. Apud Græcos uersiculus extat prouerbialis,
Ἐγώ τε, καὶ σὺ ταὐτὸν ἕλκομεν ζυγόν, *id est,*
Ego & tu idẽ trahimus iugũ. Pro eo quod est, pari studio, ac simili cõtentione, cõmune peragimus negotiũ. λάβω. *Subiũctiuũ à themate* λαμβάνω. σύκινον. *Exponit poëta cõditionẽ Sycophãtæ, dũ uocat eius æquales ficulnos homines .i. uanos, et nullius pretij homines. Sũptum hoc à ficu, quæ arbor est fragilis, et ad res propemodũ omnes, inutilis, præterea cuius fumus acerrimus sit, et molestißimus. Quãobrẽ homines ξύλου συκίνου .i. ligni ficulni, pro eo accipiũtur, quod antea dixit, πονηροῦ κόμματος. Bene est aũt, quod Sycophanta poscit sibi sycophãtas adiũgi, & improbos, ut cui nõ liceat cũ bonis congruere. Quando enim fiat, ut qui bonus uir sit, bonum & insontem accuset?*

ἰσχυρὸν, *potentem: interim tamen Pluti potentiam notat sibi esse inuisam, ut per quam ad extremam sentiat se redactum pauperiẽ. Proinde contemptim & inuidiosè addit* τοῦτον. ποιήσω, *ijsdem uerbis Penia usa est antea aduersus Chremylum, rogantem quænam ea tandem esset.* εἷς ὢν μόνος. *Certũ est ὢν participiũ uacare, & μόνος idem quod εἷς esse, ideo aũt additũ, ut culpã uiolatæ democratiæ in hũc unũ conferat expreßius. Est hæc insignis calumnia, ait Plutum uelle μονοκρατίαν & tyrannidẽ introducere, δημοκρατίαν uerò uelle supprimere. Est μονοκρατία ubi unus imperat, δημοκρατία, ubi uniuersus populus. Quædã monocratia erit, si Plutus unus diuites reddat Atheniẽses, uel paupes. Id quod fieri, sycophãta manifestißimo experitur argumento*

ἥττων. Nominatiuus. σύζυγος. λάβω. σύκινος. Ficus. εἷς μόνος ὤν. μονοκρατία. δημοκρατία.

argumento. Qua ex re calumniandi occasionem sibi arripit, ut Plutum ad populum deferat, tanquam δημοκρατίας hostem, quam scit Atheniensibus fuisse semper multò optatissimam. In democratia hæc obseruantur, ὅσα τῇ βουλῇ δόξει, ταῦτα ἐπὶ τὸν δῆμον ἀναφέρεται καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου. τὰ ὑπὸ τοῦ δήμου ψηφιζόμενα, ὑπὸ τῆς βουλῆς κυροῦται. i. Quæ consilio, & , ut sic dicam, senatui Atheniensi, uisa erant, ea ad populum referebantur, & è diuerso, quæ populus decreuerat, consilij authoritate cõfirmabatur, ut hæc duo βουλὴ et ἐκκλησία, rempub. Atheniensium uniuersam moderarentur. Quare qui hæc euertenda censuisset, simul censendus erat, uniuersam euertere uelle rempublicam, & democratici status authoritatem.

βουλή.
ἐκκλησία.

ΔΙΚ. καὶ μὴν ἐπειδὴ τὴν πανοπλίαν τὴν ἐμὴν,
ἔχων βαδίζεις, εἰς τὸ βαλανεῖον τρέχε.
ἔπειτ' ἐκεῖ κορυφαῖος ἑστηκὼς, θέρου·
κἀγὼ γὰρ εἶχον τὴν στάσιν ταύτην ποτέ.
ΚΑΡ. ἀλλ' ὁ βαλανεὺς ἕλξει θύραζ' αὐτὸν, λαβὼν
τῶν ὀρχιπέδων· ἰδὼν γὰρ αὐτὸν, γνώσεται
ὅτ' ἐς' ἐκείνου τοῦ πονηροῦ κόμματος.
νὼ δ' εἰσίωμεν ἵνα προσεύξῃ τὸν θεόν.

IVST. Hoc potius audi, postea quàm meis armis ita instructus, abire statuisti, consilium est, vt hinc rectà procurras in balneum, vbi coryphæus, & sedem primã occupans, calefias. Fuit dum ego quoque eam stationem tenerem. CAR. Sed quid? simul atq; balneator ad hunc animaduerterit, mali illius, ac vulgati commatis esse intelliget, quamobrem minimè dubiũ est, quin de testiculis arreptũ eũ protinus foras sit exturbatur⁹. Nos verò Plutũ vt salutes, eo dimisso, domũ ingrediamur.

πανοπλία

πανοπλίαν. hoc nomine comprehenditur uniuersus armorum apparatus, omnia simul arma, intelligit ridiculè suum palliolum & calceos quibus quondam usus erat aduersus rigorem hyemis, non secus quàm suis armis aduersus hostem miles solet: illis autem sycophanta exutus ab Iusto, à Carione est antea ornatus. βαλανεῖον. *Dictum*

ctum suprà est balneum brumali tempore locum suffugij ijs fuisse, qui prae inopia domi suae ignem extruere nequirent. Quem locum sycophantae esse expetendum ideo putat, quod nudus penè sit. Propterea cùm nidorem culinae suae olfacere se antea simularet, Carioni roganti κακόδαιμον ὀσφραίνει τί; respondit Iustus, τοῦ ψύχους γ' ἴσως, ἐπεὶ τοιοῦτον ἀμπέχεται τριβώνιον. κορυφαῖος, princeps & primarius, à κορυφῇ dictus, qui uertex est, & summa capitis pars, ἔνδοξος καὶ ἔξοχος. ἑστηκώς, perfectum medium ab ἑστήκομαι. δέρου, imperatiuum uerbum à δέρομαι. στάσιν. Verbum est militare, quo locus notatur, quem miles defendendum suscipit. Respicit ad πανοπλίαν, ut perduret in metaphora. ποτέ. cùm pauper essem ut tu. Sed hoc tam debet gratum esse Iusto, quòd illic ob probitatem esset, quàm sycophantae ingratum, quòd ob improbitatem futurus illic sit. ἐκείνου, illius, & notissimi commatis. Iam enim apud omnes percrebruit, eos tantùm pauperes esse, qui mali sint. προσεύξει. Ea sanè gratia Iustus dixerat se huc concessisse,

Balneum.

κορυφαῖος.

ἑστηκώς.

στάσις.

Ἀνθ' ὧν ἐγὼ πρὸς τὸν θεὸν
προσευξόμενος ἥκω δικαίως ἐνθάδε.

Ergo Carione & Iusto domum Chremyli ingressis, Sycophanta disparuit, Chorus in proscenio canit, cui superuenit anus libidinis indomitae, Plutum quaeritans, ut apud eum expostulet, de iuuene amatore, à quo ipsa paulò antè fuerit relicta. Discessionis causa diuitiae fuerunt, quas speciosus adolescens ideo nactus est, quòd probus, et indolis bonae esset, nam paupertate coactus, aniculae amore captum se esse prius simulabat: re uera enim à putidis meretriculae moribus alienissimus erat.

ΓΡΑΫΣ.

Ἆρ', ὦ φίλοι γέροντες, ἐπὶ τὴν οἰκίαν
ἀφιγμένη ὄντως τοῦ νέου τούτου θεοῦ,
ἢ τῆς ὁδοῦ τοπαράπαν ἡμαρτήκαμεν;

ΧΟΡΟΣ. Ἀλλ' ἴσθ' ἐπ' αὐτὰς τὰς θύρας ἀφιγμένη,
ὦ μειρακίσκη· πυνθάνει γὰρ ὡρικῶς.

Γρ. Φέρε νυν ἐγὼ τῶν ἔνδοθεν καλέσω τινάς;

Δικ. Μὴ δῆτ'· ἐγὼ γὰρ αὐτὸς ἐξελήλυθα·
ἀλλ' ὅ, τι μάλισ' ἐλήλυθας, λέγειν ἐχρῆν.

Γρ. πέπονθα δεινὰ, καὶ παράνομ', ὦ φίλτατε·
ἀφ' οὗ γὰρ ὁ θεὸς οὗτος ἤρξατο βλέπειν
ἀβίωτον εἶναί μοι πεποίηκε τὸν βίον.
Δικ. τί δ' ἐστίν; ἦπου καὶ σὺ συκοφάντρια
ἐν ταῖς γυναιξὶν ἦσθα; Γρ. μὰ Δί' ἐγὼ μὲν οὔ.
Δικ. ἀλλ' οὐ λαχοῦσ' ἔπινες ἐν τῷ γράμματι;
Γρ. σκώπτεις· ἐγὼ δὲ κατακέκνισμαι δειλάκρα.
Δικ. οὔκουν ἐρεῖς ἀνύσασα τὸν κνισμὸν τίνα;

ANVS.

DIcite mihi, obſecrò, viri ſenes, nobis ne eò ventum eſt, vbi nouus iſte agit Deus? An verò nos ab ea prorſum aberrauimus via? CHO. Non potuiſti, ô iuuencula, de hac re nos temporius rogare: ad ipſas fores perueniſti. AN. Quid ſi vnum aliquem huc ex his ædibus euocaro? IVST. Nihil hac re opus, cùm ipſe ego illinc nunc primùm egrediar. Tibi potius hîc dicẽdum, quamobrem tandem maximè huc veneris. AN. Quòd grauibus, mi vir, & inauditis ego ſim affecta malis: nam ab eo tempore, quo Deus iſte videre cœpit, vita mihi viſa eſt acerbiſsima. IVST. Quidnam iſthuc eſt? Non tu quoque inter mulieres ſycophantria fuiſti? AN. Minimè ſanè. IVST. Quid ergo, ſortibus per literas ductis, tibi non licuit ex voto perpotare? AN. Ludibrio tibi habeor, quæ interim miſera langueo. IVST. Ecquid ceſſas mihi dicere, cuiuſnam rei tantùm ſit tuum deſiderium?

γέροντες. Chorus in hac Comœdia ex uiris ſenibus conſtituebatur. Id quod antea uidimus, cùm ipſe à Carione ad Chremylum uocatus dixit· Οὐκοῦν ὁρᾷς ὁρμωμένους ἡμᾶς πάλαι προθύμως, ὥσπερ εἰκός ἐστιν ἀσθενεῖς γέροντας ἄνδρας ἤδη. ἀφίγμεθα perfectũ ab ἀφικνέομαι anormi. ὄντως omnino, abſque hallucinatione. Anus coniectauit Plutum illic eſſe, quòd Chorus in honorem Pluti illic aliquid cecinißet. Tùm autem, ſicut nec aliàs, quòd Chorus cecinerit nõ

extat

extat. τοπαράπαν, prorsus. Non aberrat à uia τὸ παράπαν qui quò tendebat eò peruenit, etiam si magno uiæ dispendio eò peruenerit: aberrat autem τοπαράπαν, qui ab eo quò tendit, in diuersum uadit. ἡμαρτήκαμεν. Thema est ἁμαρτάνω, quod sua tempora ducit ab ἁμαρτάω. ἴσθι ἀφιγμένη, scias te uenisse. participiū loco infinitiui ponitur, ἴσθι σε ἀφικέσθαι. μειρακίσκη. Non est obscura derisio cū uetula, nomine iuuenculæ salutatur. Eo aūt ipso quòd de Pluto cōqueritur, suæ improbitatis nō dubiā fidē facit. πιωθάνει pro πιωθάνη. ὡρικῶς. Tēpus peragēdæ rei cōmodissimū, ὥρα dicitur, unde est ὡρικῶς opportunè, κατὰ καιρόν. Si citius rogasses, nondū perueneras: si serius, præterieras. τῶν ἔνδοθι. τῶν. s. ὄντων, eorum qui sunt intus. hoc idcirco rogat, quoniā ueretur ne Pluto fiat importuna, & ne repentino ingressu magis Plutum in se prouocet, quàm eum sibi conciliet. Post hæc uerba, Iustus, qui antea cum Carione ingressus erat, domo egressus, in anū hanc incidit, cuius querelā excipit, nec minus festiuè ludit, quàm paulò antè sycophantā luserat. ἐξελήλυθα, perfectū mediū Atticū ab ἐξέρχομαι anormi, temporū habet cōmunionem cum ἐλεύθω. αὐτὸς, ego ipse nūc primùm ex ædibus prodeo, quare fides mihi, ut si cui alij, maximè est habenda. ὅτι pro διότι, uel τίνος ἕνεκα. ἀφ' οὗ. s. χρόνου. ἀβίωτον βίον, uitā nomine uitæ indignam, ingratam, ut iam mihi sit satius mori, quàm diutius ita miserè uictitare.

καὶ σύ. Iustus qui antè quàm domū Chremyli ingrederetur, sycophantā delusum ab ædibus Chremyli submouerat, quærit, num anus hæc inter mulieres idem factitarit, quod sycophāta inter uiros facere solebat. συκοφάντρια, calūniatrix, συκοφάντρια et πανδοκεύτρια simili forma finguntur. λαχοῦσα. Alludit ad priscā illā iuris dicundi formulā, cuius illic meminimus, ubi Carion ludificabatur Chorū, ἐν τῇ σορῷ νυνὶ λαχὸν τὸ γράμμα σου δικάζειν &c. Ordo.n. literarum in urnā cōiectarum, & inde reductarū iudicandi locū sortientibus præscribebat. Hoc ait, Si non es calumniatrix, an non saltem es egregia quædā potrix? Potuit hoc accidisse, ut sortitione facta, inter te et tuas cōpotrices, litera bibendi locum tibi dederit postremum. proinde tu fortasse turbatior nunc es, quòd exiccatis poculis, quod bibas nihil sit relictum. κατακέκνισμαι, amoris ui oppressa sum. Sed quoniam κνισμὸς, id est, libido, multarum rerum potest significare desiderium, nunquam autem crediturus fuerat Iustus anum usqueadeo effœtam amoribus adhuc indulgere puellaribus, percontatur de quo κνισμῷ intelligat, eiusq; rei audiendæ cupidus, rogat; ut id demum quid sit properè dicat.

τοπαράπαν.

ὥρα.
ὡρικῶς.
Participiū tacitum.

ἐξελήλυθα.

ὅτι.
Nomen tacitum.
ἀβίωτος βίος.

συκοφάντρια.
λαγχάνειν

κατακνίζεσθαι.
κνισμός.

Γρ. Ἄκουέ νυν. ἦν δή μοι τι μειράκιον φίλον,
πενιχρὸν μὲν, ἄλλως δ' εὐπρόσωπον, καὶ καλὸν,
καὶ χρηστόν· εἰ γάρ του δεηθείην ἐγὼ,
Ἅπαντ' ἐποίει κοσμίως μοι καὶ καλῶς·
Ἐγὼ δ' ἐκείνῳ πάντα ταῦθ' ὑπηρέτουν.
Δικ. τί δ' ἦν ὅ,τι σου μάλιστ' ἐδεῖθ' ἑκάστοτε;
Γρ. οὐ πολλὰ, καὶ γὰρ ἐκνομίως μ' ᾐσχύνετο.
Ἀλλ' ἀργυρίου δραχμὰς ἂν ᾔτησ' εἴκοσιν
Εἰς ἱμάτιον γ', ὀκτὼ δ' ἂν εἰς ὑποδήματα.
Καὶ ταῖς ἀδελφαῖς ἀγοράσαι χιτώνιον,
Ἐκέλευσεν ἂν, τῇ μητρί τε θοιμάτιον·
Πυρῶν τ' ἂν ἐδεήθη μεδίμνων τεττάρων.
Δικ. οὐ πολλὰ τοίνυν, μὰ τὸν Ἀπόλλω ταῦτά γε
Εἴρηκας· ἀλλὰ δῆλον, ὅτι σ' ᾐσχύνετο.
Γρ. καὶ ταῦτα τοίνυν οὐχ ἕνεκεν μισητίας
Αἰτεῖν μ' ἔφασκεν, ἀλλὰ φιλίας οὕνεκα·
Ἵνα τοὐμὸν ἱμάτιον φορῶν μεμνῇτό μου.
Δικ. λέγεις ἐρῶντ' ἄνθρωπον ἐκνομιώτατα.

AN. Iam audi. Fuit mihi antehac adolefcens quidã egregiè charus, pauper ille quidem, cętera formofus, honeftus & commodus: etenim nihil erat, quo indigerem ego, quod ille mihi non præftaret perbellè, appofitéq;. Vicifsim autem ego illi omnia hæc fuppeditabam. IVST. Quid erat, quæfò, quod ille potifsimùm ex te defiderabat? AN. Illa non ità multa fuere, propterea videlicet quòd fupramodum me verebatur. Aliquãdo vefti fibi comparandæ, viginti drachmas argenti à me petebat: Aliàs octo, calceis emendis. Nonnunquam rogabat me, vt fororibus ipfius, neque non matri, veftẽ emerem. Erat denique dum illi quatuor frumenti medimnis opus effet. IVST. Verè non ita multa funt,

quæ tu narrasti, sed nulli dubium, quin à pluribus exigendis pudor eum reuocarit. AN. Dicere porrò solebat, se non eo illa ex me petere, vt ipsi copiam mei facerem, verùm beneuolentiæ tantùm gratia, & summi amoris erga me sui, atque præsertim in hoc, vt tantisper dum veste vteretur qua illum donaram, amicitiæ nostrę memoria identidem renouaretur. IVS. Insolentissimum profectò nobis narras amatorem.

ἦν, fuit: non amplius itaque ipsi esse innuit, unde illi tam uehemẽs querimoniarum causa. χρηςὸν, *rerum mearum studiosus. Multis nominibus probat amabilem fuisse, propterea grauius ipsi esse nunc eo carendum.* τ, τινὸς, *respicit potius* χρηςὸν *quàm* εὐπρόσωπον καὶ καλόν. δεηθείην. *Indefinitum α optatiui, ab anormi* δέομαι. κοσμίως, *opponitur* τῷ ἀτάκτως *præposterè, inordinatè: &* καλῶς τῷ κακῶς *malè, ut fit ab ijs qui non ex animo, sed coactè, & perfunctoriè opus faciunt, atque ea de re ab inuiso se utcunque expediunt negotio.* ταῦτα. *Vox hæc indicat anum in animo habuisse ordine ac sigillatim referre, quæ sufficere adolescenti solebat. Iustus autem occeptam interrupit narrationem. Vel de industria, & ut comico seruiret risui, dum* ταῦτα *protulit, totam se demõstrauit, hoc modo significans se liberam sui copiam adolescenti facere consueuisse. Quo respiciens. Iustus subdit* τί δ' ἦν, *ex omnibus illis rebus, et corporis tui partibus, quænam illa erat, qua potissimum indigebat quotidie?* αἰδοῖα *notans.* ἐδεῖθ', ἐδεῖτο, *ab eodem* δέομαι, *de quo nuper.* οὐ πολλά. *s.* ἦν. *Iusto de re, & substantia interroganti, anus respondet de quantitate: fingit se non intellexisse quorsum spectarent uerba Iusti, sed in memoria habere, quæ adolescẽti suppeditabat, ea aũt pauca fuisse.* ᾐσχύνετο, *pro* αἰδεῖτο. *Verecundè gerebat se erga me, obseruabat me, & ita uerebatur, ut præ pudore multa petere non auderet. Vide autem facetum Aristophanis ingenium, usurpat uerbum hoc in significatione ambigua, quandoquidem potest significare idem quod* αἰσχύνω, *uitium & stuprum offero.* ᾔτησε *cum* ἂν *transit in modum potentialem, neque tam exprimit quod fecit adolescens, quã quod facere potuit. Aut* ἂν *resolue per solet,* αἰτεῖν εἴωθε, *petere solebat* εἰς ἱμάτιον, *in uestem* εἰς τὸ τοῦ ἱματίου ὤνησιν, *uel* εἰς τὸ πρίασθαι θοἰμάτιον. ὀκτὼ δ' ἂν, *repete cum* ἂν, ᾔτησε. χιτώνιον *diminutiuo utitur, rei uilitatem, & precij tenuitatem significans.*

χρηςός. τοῦ. Responsio inepta. αἰσχύνεσθαι. ἄν.

Quod sibi uestem & calceos peteret, cogebat necessitas: quòd matri, & sorori, charitas, & genuina quædam probitas: quòd uilia, & pauca, uerecundi animi simplicitas, in summa, delirans anus modis omnibus adolescentem probat inculpabilem. ἐκέλευσε. Quando hoc uerbum de maioribus erga minores dicitur, imperium significat: quādo contrà, ut hîc, preces. μεδίμνων. Medimnus Attica mensura sex modios (uulgus bossellos uocat) capiebat. ἀπόλλω, accusatiuus pro ἀπόλλωνα, ν expuncto, ο & α in ω contrahūtur. ἀλλὰ δ' ὅλον. Et hoc ridiculè in anum torquetur, ἀλλὰ ueruntamen, id est, etiam si isthæc modica fuerint, certum tamen est, quòd ille tua cōsuetudine subinde utebatur. Sed ad hunc sensum anus non animaduertens, dum crimen à se propulsare nititur, maiorem suæ libidinis suspicionem relinquit. τοὐμὸν, τὸ ἐμὸν, meum, meis pecunijs emptum. μεμνῆτο. Si ueste non conspecta, memoria euanescebat aniculæ, oportuit eius amorem parum fixè animo adolescentis insedisse. ἐκνομιώτατα. Anus nuper cum dixit ἐκνομίως μ' ᾐσχύνετο, ἐκνομίως sensit ab ἐκ & νομίζω compositum, ut esset, ἔξω πάσης νομίσεως, incredibiliter, suprà quàm credi possit. Iustus diuersius accipit aduerbiū ἐκνομιώτατα, ut deducatur ab ἐκ & νόμος, sonetq; enormissimè, omnibus & honesti, & amoris legibus reclamantibus. Quid enim absurdius, quàm si formosus deformem, pauper diuitem, iuuenis amauerit uetulam? Præter ueras amoris leges amauit, qui τὴν φιλίαν ἰσότητα εἶναι, id est amicitiam æqualitatem esse, ignorauit.

κελεύειν.

Medimnus.

ἀπόλλω.

ἐκνομίως.

ΓΡ. Ἀλλ' οὐχὶ νυνὶ γ' ὁ βδελυρὸς τὸν νοῦν ἔχει
τὸν αὐτὸν, ἀλλὰ πολὺ μεθέστηκε πάνυ.
ἐμοῦ γὰρ αὐτῷ τὸν πλακοῦντα τουτονὶ
καὶ τἄλλα τἀπὶ τοῦ πίνακος τραγήματα
ἐπόντα πεμψάσης, ὑπειπούσης θ' ὅτι
εἰς ἑσπέραν ἥξοιμι. ΔΙΚ. τί σ' ἔδρασ', εἰπέ μοι.
ΓΡ. Ἄμητά τε προσέπεμψεν ἡμῖν τουτονὶ,
ἐφ' ᾧτ' ἐκεῖσε μηδέποτέ μ' ἐλθεῖν ἔτι·
καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις, εἶπεν ἀποπέμπων, ὅτι
πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.
ΔΙΚ. Δῆλον ὅτι τοὺς τρόπους τις οὐ μοχθηρὸς ἦν·

ἔπειτα

ἔπειτα πλουτῶν οὐκ ἔθ' ἥδεται φακῇ·
πρὸ τοῦ δ' ὑπὸ τῆς πενίας ἅπαντα κατήσθιεν.

AN. At iam execrandus ille, non amplius eo est, quo antehac fuit in me animo: suum amorem longè aliò transtulit. Nuper cùm placentam hanc, & alia quædam bellaria disco aptè imposita, ad eum misissem, & hoc verbi subiunxissem, me vesperi illum inuisuram. IVST. Quæsò, dic mihi, ille quid tum egerit. AN. Et meam quam ad eum dederam, & hanc abs se ad nos misit placentam: nimirum hoc volẽs, vt ne posthac vnquam ego ad eum vadam: remittens autem, durum hoc adiecit dicterium, Quondam fuere fortes Milesii. IVS. Ille, quisquis fuit, minimè socordi fuit ingenio. Diues factus, lentem in delitiis non amplius habet, qui præ egestate quælibet anteà deuorabat.

ὁ βδελυρός. Articulus ὁ præponitur adiectiuo in αὔξησιν: nimis sceleratus ille. Maior hic affectus arguit anum fuisse libidinosiorem, & animi impotentioris. **Articulus.** *πολὺ πάνυ. Iunctæ dictiones eiusdem significati, impetui seruiunt anili. Vehementem hanc animi affectionem non incommodè per superlatiuum exprimas, sceleratißimus ille à me nunc est alienißimus.* **πολὺ πάνυ** *τουτονί. illam ipsam offert placentam, quã ad adolescentem miserat, ut intelligatur eam non fuisse indignam quæ reciperetur: quare adolescentis ingratitudinem animaduersione grauiori esse dignißimam, talia secum reputat desipiens anus. τἀπί, τὰ ἐπί. Cum autem ἐπὶ sequatur in ἐπόντα participio ab ἐπὶ & εἰμὶ composito, necesse est alterum abundare, esseq́; id quod sæpe contingit, compositum pro simplice acceptum, ἐπόντα pro ὄντα.* **ἐπόντα. Præpositio abundans. Compositũ pro simplice.** *πεμψάσης καὶ ὑπειπούσης respiciunt genitiuum ἐμοῦ. Tradunt in ὑπειπούσης præpositionem ὑπὸ ἀντὶ τοῦ πρὸ accipiendã, ἐμοῦ τι προειπούσης, cum prædixissem illi me sub uesperã ad eum uẽturam. Nihil uetat quo minus significet post, & ultimi loci quandam habeat rationem. Anus primùm cogitauit de dono mittendo, deinde placentam & bellaria censuit mittenda potißimum: illa ordine disposita tradidit deferenda, post illa omnia, dixit illuc ituram se. τί σ' ἔδρασε. Quoniam hoc tantùm superesse uidebatur, ut anus diceret se protinus ad adolescentem conuolasse, amoris impatientia in amplexus eius irruisse,* **ὑπό.**

Iustus cupidißime hoc audire gestiens, ut spectatori esset unde magis rideret, his uerbis, τί σ' ἔδρασε, εἰπέ μοι, anum excitat, ut promptius & liberius quod in animo habet proferat. ἄμητα. Est ἄμης πλακοῦς γαλακτώδης. i. placenta ex lacte confecta: sapidior, quàm si ex aqua & farina temperaretur. Vult placentam quæ ipsi mißa est ab adolescente intelligi non fuisse uulgarem. τε. inest uis huius uoculæ, significat præterea. i. præter nostram, præter quàm quòd meam mihi remisit, à se quoq; aliã mihi misit. ἀπέπεμπεν τὸν πλακοῦντά μου, ἄμητά τε τοῦ αὐτοῦ προσέπεμψεν. τουτονὶ exhibet placentã ab iuuene datã. ἐφ' ᾧ τ' aduerbialiter pro ἵνα ponitur: potest diductis partib. etiã dici ἐφ' ᾧ, cũ μὴ iunctũ significat ut ne. ἐφ' ᾧ aũt ut ὥστε infinitiuũ amat ἐφ' ᾧ μηδέποτε μ' ἐλθεῖν ἔτι, ut nunquã omnino ad eum irẽ, sed uia ad illũ esset in totũ posthac mihi præclusa. καὶ πρός, Atticis particula πρὸς quãdoq; uidetur abundare, quomodo hîc esse putes, nisi pro πλεῖον capias καὶ ἐπὶ τούτοις πλεῖον, his etiã amplius. Præter mißã suã placentã, & meã remissam, ingenti arrogantia ductus, et nimio mei contẽptu, καὶ πρὸς εἶπεν, uel iunctim, προσεῖπεν, ἀπέπεμπων. ὅτι. Subinde, ὅτι sic à Græcis usurpatur, ut eo dempto, sensus nihilo secius constet. Μιλήσιοι. Milesij belli gloria diu floruerunt, post delitijs fracti, & in mollitiem conuersi, imbelles facti sunt, & effœminati. Polycrates Samiorum rex bellum gesturus oraculum consuluit, num sibi utile esset Milesios accersere socios, cui oraculũ respõdit Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. qui uersiculus postea cœpit dici de ijs qui deteriores facti, desierunt id esse quod antea erant, & præstare posse quod antea præstabant. Festiuißime Iuuenis hoc in uetulam torquet, non solùm quòd eam iam fastidiat opibus exhaustã, quam quondam emolumenti gratia coluerat prædiuitem, uerum hoc uersu significat anum quondam fuisse iuuenculam speciosam, & ad usum Veneris aptißimã, nunc uerò ob seniũ ad amorẽ esse ineptã, neque satis strenuã & idoneã. fœdißimum sane est, & nimis indecorũ uetulam lasciuire, & insana libidine præter ætatem prurire. φακῆ. Lens tenuium est, & pauperum cibus, quæ tamen fastidio esse solet, ubi lautior contigit fortuna, & uberior. Iuuenis prius inops aniculæ morem gerebat, eius amorem boni consulebat, iam diues factus eam aspernatur, ea neglecta iuuenculam amplexari mauult, nec mirũ profectò. Quis enim tam uecors, qui uelit οἴνου παρόντος, quod aiunt, ὄξος πιεῖν, id est, uino præsente acetum bibere.

Marginal notes: ἄμης. — τε. — ἐφ' ᾧ. — πρός. — ὅτι. — Milesij. — Polycrates. — Lens.

γρ. καὶ μὴν πρότερόν γ' ὁσημέραι, νὴ τὼ θεώ,

ἐπὶ τὴν θύραν ἐβάδιζεν ἀεὶ τὴν ἐμήν.
ΔΙΚ. ἐπ' ἐκφορᾷ. ΓΡ. μὰ Δί'. ἀλλὰ τῆς φωνῆς μόνον
ἐρῶν ἀκοῦσαι. ΔΙΚ. τοῦ λαβεῖν μὲν οὖν χάριν.
ΓΡ. καὶ νὴ Δί' εἰ λυπουμένην γ' αἴσθοιτό με,
νιττάριον ἂν, καὶ βάτιον ὑπεκορίζετο.
ΔΙΚ. ἔπειτ' ἴσως ᾔτησεν ἂν σ' ὑποδήματα.
ΓΡ. μυστηρίοις δὲ τοῖς μεγάλοις ὀχουμένην
ἐπὶ τῆς ἁμάξης, ὅτι προσέβλεψέ μέ τις,
ἐτυπτόμην διὰ τοῦθ' ὅλην τὴν ἡμέραν·
οὕτω σφόδρα ζηλότυπος ὁ νεανίσκος ἦν.
ΔΙΚ. μόνος γὰρ ἥδεθ', ὡς ἔοικεν, ἐσθίων.
ΓΡ. καὶ τάς γε χεῖρας παγκάλους ἔχειν μ' ἔφη.
ΔΙΚ. ὁπότε προτείνοιεν γε δραχμὰς εἴκοσιν.
ΓΡ. ὄζειν τε τῆς χροάς ἔφασκεν ἡδύ μου.
ΔΙΚ. εἰ θάσιον ἐνέχεις, εἰκότως γε νὴ Δία.
ΓΡ. τὸ βλέμμα θ' ὡς ἔχοιμι μαλακὸν, καὶ καλόν.
ΔΙΚ. οὐ σκαιὸς ἦν ἄνθρωπος, ἀλλ' ἠπίστατο
γραὸς καπρώσης τἀφόδια κατεσθίειν.

AN. Atqui, per Deos, antea nullus omnino præteribat dies, quo ille ad meas ædes non veniret. IVS. Nimirum vt inde quidpiam exportaret. AN. Minimè. Verùm adductus ſolo audiendæ vocis meæ deſiderio. IVST. Eam ſcilicet vocem, per quam de te aliquid acciperet. AN. Quòd ſi ædepol me triſtem eſſe ſubſenſiſſet, nitarium, & batium blandulè me appellitabat. IVST. Poſtmodum forſan calceos abs te petebat. AN. Ad ſacra Cereris cùm aliquando curru vectarer, & neſcio quis fortè, vt ferè fit, oculos in me conieciſſet, eo die toto, propter vnum illum intuitũ, ab illo ſum propulſata. Tanta de me adoleſcenti inerat zelotypia. IVST. Certè, quantum apparet, hoc

ambibat, vt sol⁹ tuis frueretur. AN. Meas man⁹ ꝑquã elegãtes esse quãdoq; dictitabat. IVS. Videlicet cùm viginti drachmas illi porrigerét. AN. Addebat, mirã esse cutis meę suaueolẽtiã. IVS. Nó immeritò quidẽ si illi thasiũ infundebas. AN. Adhęc oculos meos admodũ esse illices & venustos. IVS. Nę homo ille haud inscit⁹ fuit, q hircissãtis anus viatica sic nouit deuorare.

ὁσημέραι. Νὴ τὼ θεώ. Μὰ τοὺς θεούς.

ὁσημέραι, aduerbium quod compositum uidetur ἀπὸ τῶ ὅσαι καὶ ἡμέραι. Significat πάντοτε, siue, quod sequitur, ἀεί. νὴ τὼ θεώ. Duali numero νὴ τὼ θεώ, iusiurandum muliebre, non uirile esse uolunt: uirorum enim hoc potius esse, μὰ τοὺς θεούς. ἐπὶ ἐκφοράν, ad exportationem, ut efferret. s. ἐβάδιζε, non tã propter te, quàm propter tua, te quotidie adibat. μὰ Δία. Per Iouem non eo animo ueniebat. Persuaderi non potest anus, quin gratia & amore sui, ab adolescente inuiseretur. Proinde, etiam si sunt uerißima quæ postea Iustus dicet, tamen anus dum nimium sibi placebit, & suæ libidini seruire studebit, quæ à Iusto dicentur non audiet. τοῦ λαβεῖν, τοῦ λήμματος χάριν, quæstus & lucri gratia. Plurimùm illi placebat hæc tua uox, Isthuc cape, Hinc abiens hoc tecum aufer, His ego te dono: cùm similibus orationibus misero adolescenti quidpiam largientibus. αἴσθοιτο. Optatiuum ab anormi αἰσθάνομαι. νιτάριον. Apud comicos νίταρος mollem significat, & delicatum. βάτος quoque ἰχθύδιον. i. pisciculus, est. Pro τρυφερῷ & μαλακῷ itidem ponitur, unde βατύλους uocant fœminas pusilli & prætenuis corporis. à nitaro & bato diminutiua finxit, nitarium & batium. quæ sonant uelut, mea delicatula, mollicula, tenella amica. Amatoribus sanè assentãtibus propria admodum sunt ὑποκορίσματα, mi passercule, mea animula, meũ suauiolum, meum corculum, mei ocelli, & similia. Propterea uerbum addit huic rei congruum, nam ὑποκορίζεσθαι est suaui & blando nomine appellare. Cõpositũ uidetur ab ὑπὸ diminutionis uim habẽte, et κόρη puellam, ut sit κοράσιον siue κορίσκιον. i. puellulã uocitare. ἔπειτα post huiusmodi blanditias. Quod nunc dicitur, à Iusto, sic effertur, ut spectatores respiciat, interim autem anum digito, uel manu monstret.

αἴσθοιτο. Νίταρος. Βάτος. Βατύλοι. ὑποκορίζεσθαι. ὑπό. ὀχεῖσθαι.

ἐπὶ τῆς ἁμάξης. Quanquam ὀχεῖσθαι ferè de uehiculo dicatur, tamen aliquando generaliter accipitur, ut qualemcunque comprehendat uecturam, siue ea nauigio, siue equo, siue curru constet. Eam ob rem non contentus poëta dixisse ὀχουμένην, adiecit ἐπὶ τῆς ἁμάξης. ἐτυπτόμην, cædebar. Si ad eum accedere uolebam, inquit, ille obtendens

dens manum, ac me à se submouens, nouum amasium mihi obijciebat. Nam qui uerè amant, & zelotypia laborant, nullum in partem amoris admittunt. Leuiter pulsatam intellige, quoniam dum amicus amicā cædit, amaritudo abest. Quòd fictè, neque ex animo fiebat, anus ridicula seriò fieri existimauit. ἥδετο ἐσθίων pro ἐσθίειν, *ea demū illi summa erat uoluptas, si solus tua comederet. Quæ una causa erat, cur alios omneis abs te cuperet substractos.* χρόας. *Attica constructione genitiuum pro accusatiuo posuit, hoc modo,* ἔφασκεν τῆς χρόας μου ὄζειν ἡδύ. *Iam cum* χρόα *color sit, coloris autem nullus sit odor, colorem pro colorata cute posuit.* ἡδὺ *pro aduerbio* ἡδέως.

Genitiuus. χρόα.

Θάσιον. s. οἶνον. *Thasus insula est iuxta Thraciam, ubi uinum nascitur laudatißimum, quod à soli nobilitate Thasium uocatur. Negat Iustus fragrantiam ullam fuisse à meretrice putidula, potius uerò odorem illum suauem prodijsse ab odoratißimo uino quod amatori bibendum proponebat.* ὡς ἔχοιμι, *repete* ἔφασκε. καπρώσης, *à nomine* κάπρος *fit uerbum* καπράω, *quod de porcis porcam appetentibus dicitur. Latini ab his nominibus, sus, caper, hircus, formāt subare, caprissare, & hircissare, quæ significant libidine ardere, & dementius lasciuire.* τἀφόδια τὰ ἐφόδια, *quæ propriè sunt* τὰ ἐν τῇ ὁδῷ γινόμενα ἀναλώματα, *uiatica. i. commeatus in uiam comparatus. Simpliciter hic accipitur pro bonis & facultatibus.*

Thasus. Θάσιον. κάπρος. Subare. Caprissare. Hircissare. ἐφόδια.

Γρ. ταῦτ' οὖν ὁ θεὸς, ὦ φίλ' ἄνερ, οὐκ ὀρθῶς ποιεῖ,
φάσκων βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις ἀεί.
Δικ. τί γὰρ ποιήσει; φράζε, καὶ τετελέξεται.
Γρ. ἀναγκάσαι δίκαιόν ἐστι, νὴ Δία,
τὸν εὖ παθόνθ' ὑπ' ἐμοῦ, πάλιν μ' ἀντευποιεῖν,
ἢ μηδὲ ἓν ἀγαθὸν δίκαιον ἐστ' ἔχειν.
Δικ. οὐκ οὖν καθ' ἑκάστην ἀπεδίδου τὴν νύκτα σοι;
Γρ. ἀλλ' οὐδέποτέ με ζῶσαν ἀπολείψειν ἔφη.
Δικ. ὀρθῶς γε. νῦν δέ γ' οὐκ ἔτι ζῆν σ' οἴεται.
Γρ. ὑπὸ τοῦ γὰρ ἄλγους κατατέτηκ', ὦ φίλτατε.
Δικ. οὐκ· ἀλλὰ κατασέσηπας, ὥς γέ μοι δοκεῖς.
Γρ. διὰ δακτυλίου μὲν οὖν ἐμέ γ' ἂν διελκύσαις.
Δικ. εἰ τυγχάνοι γ' ὁ δακτύλιος ὢν τηλία.
Γρ. καὶ μὴν τὸ μειράκιον τουτὶ προσέρχεται,

ὅνπερ πάλαι κατηγοροῦσα τυγχάνω.
ἔοικε δ' ἐπὶ κῶμον βαδίζειν. ΔΙΚ. φαίνεται·
στέφανόν γέ τοι, καὶ δᾷδ' ἔχων πορεύεται.

A N. Iis igitur de causis, vir amice, Plutus, qui posthac iniuriam passis, semper promptam se opem laturũ prædicabat, non rectè facit. I V S T. Tantùm ergo dic, quidnam eum facere oporteat, & actutùm fiet. AN. Consentaneum est, vt adolescentem illum, de quo tam bene sum merita, vicissim de me bene mereri, compellat. Alioqui proculdubio fuerit iniquissimũ, ille bona mea gratis vt possideat. I V S T. Sed non tibi singulis noctibus beneficium rependebat? A N. Quin idem pollicebatur, me, dum certè viuerem, se deserturum nunquam. I V S T. Rectè hoc quidem, verùm te superstitem non amplius arbitratur. A N. Ego præ mœrore, vir optimè, tota sum liquefacta. I V S T. Nequaquam verò es liquefacta, tota potius videris mihi putrefacta. A N. Propterea per mediũ anulum me pertraxeris. I V S T. Credo, si anulus quidem fuerit telia. A N. Ecce autem, hic ille iuuenis, de quo apud te dudum expostulo, huc venit, ad Comum ire videtur. I V S T. Ita videtur, coronam enim, & faculam gestans progreditur.

ταῦτα. παθών. εὖ πάσχειν εὖ ποιεῖν. ἀντευποιεῖν

ταῦτα· supprimitur præpositio διά. φάσκων, qui antea dicebat, nõ quod à Pluto audierit ipsa, sed hoc à Pluto fuisse dictum rumor passim increbuerat. ἀδικουμένοις, quasi uerò ipsa sit affecta iniuria, quòd ab adolescente formoso fuisset amata. πεπράξεται. Paulò pòst futuro utitur, quo monstret in reprimendis iniurijs Plutum uindicem esse acerrimum, & promptissimum. εὖ παθόντα. πάσχω anorme uerbum est, & per se passiuum, id est, quod uoce actiua passionem significat, idcirco illi subiungit præpositionem cum genitiuo, haud aliter quàm si participium esset passiuum. Oppositæ sunt significationis εὖ πάσχειν & εὖ ποιεῖν. Qui beneficium recipit ab aliquo, εὖ πάσχει, qui in alium prior confert, εὖ ποιεῖ, nam si rependit, ἀντευποιεῖ. μηδ' ὁτιοῦν. Si ad δίκαιον refers, sonat, nulla prorsus ratione par

est

est. Si ad ἀγαθὸν, ne minutulam portionem bonorum meorum habere cum æquum est. καθ' ἑκάστην τὴν νύκτα, nocturnos tangit concubitus, à quibus anum nullis noctibus temperasse ait, quo nomine salacissimam eam fuisse perdocet. ἀπεδίδου .s. χάριν uel τὸ ὀφειλόμενον. ὀρθῶς, illudit Iustus anui, quàm significat adeò multis annis esse grauatam, ut adolescenti credibile meritò fuerit, iampridem eam è uiuis excessisse. κατατέτηκα, perfectum medium à κατατήκομαι, emarcui, extenuata sum, gracilis & macilenta effecta. οὐχ. Videtur primùm innuere uetulam non esse dolore maceratam, sed maioris risus gratia, præter expectationem subdit, οὐκ .s. μόνον κατατέτηκας, ἀλλὰ κατασέσηπας, præ nimio senio putris es, tota saniosa, rancidula, situ & carie obducta. hoc participium est à medio κατασήπομαι δακτυλίου. Qui morbo, tristicia, studio, aut alia quauis re, arefacti supramodum gracilescunt, per anulum transire, uel trahi posse dicuntur. ὢν cum τυγχάνει abundat. τηλία est cribri circunferentia. κατηγοροῦσα τυγχάνω, sum accusans, pro κατηγορῶ.

ὤν. τηλία. Comus.

κῶμον. Fuit Comus comessationum, ebrietatis, & intemperantiæ Deus, quem iuuentus olim colere se existimabat, dum ante fores amicarum noctu cum facibus & musicis instrumentis saltabant, nonnunquã etiam perpoti foribus effractis in ædes irrumpebant. Quod adolescẽtem facere uelle, & neglecta se, illum aliam ambire, interpretatur suspicax anus, cum tamẽ Pluto sacrificaturus accedat, & de more coronatus, facem illi adferat. φαίνεται. Auget aniculæ suspicionẽ, & per se plus satis insanientem, amplius etiam instigat.

ΝΕΑΝΙΑΣ.

Ἀσπάζομαι. γρ. τί φησιν; Νε. Ἀρχαία φίλη
πολιὰ γεγένησαι ταχύ γε, νὴ τὸν οὐρανόν.
γρ. τάλαιν' ἐγώ, τῆς ὕβρεως ἧς ὑβρίζομαι.
Δικ. ἔοικε διὰ πολλοῦ χρόνου σ' ἑωρακέναι.
γρ. ποίου χρόνου ταλάνταθ', ὃς παρ' ἐμοὶ χθὲς ἦν.
Δικ. τοὐναντίον πέπονθε τοῖς πολλοῖς ἄρα·
μεθύων γάρ, ὡς ἔοικεν, ὀξύτερον βλέπει.
γρ. οὔκ, ἀλλ' ἀκόλαστός ἐστιν αἰεὶ τοὺς τρόπους.
Νε. ὦ ποντοπόσειδον, καὶ θεοὶ πρεσβυτικοί,

ἐμ τῷ προσώπῳ τῶν ῥυτίδων ὅσας ἔχει; ΓΡ. ἆ, ἆ.
τὴν δᾷδα μή μοι πρόσφερ'. ΔΙΚ. εὖ μέντοι λέγει·
ἐὰν γὰρ αὐτὴν εἷς μόνος σπινθὴρ λάβῃ,
ὥσπερ παλαιὰν εἰρεσιώνην καύσεται.

IVVENIS.

Lubet te amplexari. AN. Quid est quod ait? IVV. Amica vetus mea, hui quàm modico tempore incanuisti! AN. Siccine miseram me contumelia peti? IVST. Videtur hic à multo te non vidisse tẽpore. AN. Hominum infelicissime, à quanto eum non vidisse me credas? etiam heri apud me fuit. IVS. Longè aliter huic vsu venit, quàm vulgò accidere soleat: temulentior enim quò est, eò cernit acutius. AN. Non sic res habet vt dicit, sed semper ita moribus fuit proteruis. IVV. O Neptune, & reliqua senilium Deorum turba, quàm multis facies vetulæ huius est obducta rugis. AN. Ah, ah. Facem mihi ne admoueris. IVST. Bene monet: quandoquidem si in eam, vel vnica inciderit scintillula, tam citò cremabitur, quã arefactus aliquis oleæ ramus.

τί φησιν. Dedignatur iuuenem alloquio, uel pudore, uel dolore. ἀρχαία. Non quam à multo iam tempore amaui, nunquam enim te amaui, sed παλαιὰ annosa, senio confecta. Quid autem si ἀρχαίαν interpræteris μωρὰν, stultam, insipidam & delirantem? φιλικ. Ironia est. ταχὺ, dum hoc profert admouet facem capiti uetulæ, ut de capillitio eius canescente certius pronunciet. Quod ait ταχὺ, non uult ex eo intelligi, caniciem illam esse præproperam, præterq; ætatis rationem accidisse, uerùm quoniam negligenter caput compsit, canos prodit, quos dum iuueni placere studuit, anxiè occuluit. τῆς ὕβρεως. s. ἕνεκα. Duplex affectus hic subesse uidetur: τάλαιναν se ait. i. infelicem, miseram, & modis acceptam indignis ab adolescente, qui se deseruit. Ab eodem autem indignioribus acceptam modis, ut qui ipsi, alioqui miseriori, conuicia ingerat odiosissima. Hoc sensu si accipis, exaudienda sunt aduerbia, οἴμοι τάλαινα ἐγώ. φεῦ τῆς ὕβρεως, Atticum σχῆμα est, ὕβρεως ὑβρίζεσθαι, ut μέμψιν μέμφεσθαι, πολλοῦ

ἀρχαῖος.

ἕνεκα subauditum.

Aduerbium tacitum.

λοῦ. Colligit hoc, quod dixerit Iuuenis ἀρχαία φίλη. deinde, πολιὰ γεγένησαι. ἑωρακέναι. Atticum inest augmentum ab ὁράω, cōmune esset, ὡρακέναι. ταλάντατε. Sentit se etiā ab hoc rideri, propterea etiā in hunc desæuit. τοῖς πολλοῖς. Ad uerbū, contrariū alijs pro eo quod est, contrà quàm uulgò euenire consueuit. Cum enim cōpertum sit, uinolentorum oculos ignea quadam ui scintillantes, retusiores fieri, & hebetiores, tamen hîc, quē egregiè potū dixisti Como, & comessationi operā dare, potuit tuos etiā canos internoscere. Vel ideo hoc dicit, ut dicatur iuuenis id uidisse ebrius, quod antè non uiderat sobrius: nā nūc primùm uidetur deprehēdere hanc esse uetulam, & canam.

Vinolentia.

ποντοπόσειδον. ὦ τοῦ πόντου θεὸς πόσειδον. O Neptune maris Deus, & præfectè summe. Neptune marine. Admonet Græcus interpres πόντον quādoq; idē significare quod μέγεθος, amplitudo, unde lectum esse, πόντος ἀγαθῶν pro πλῆθος, abundātia, & copia bonorum, hinc ποντοπόσειδον sonare, potentissime Neptune, ditissime. Scitū est apud uetustissimos, Solē, Lunā, Stellas, Terrā et Cœlū Deos solos fuisse putatos. Post illos Deos peruetere fuisse Neptunū, Plutonē, et Iouem, hos enim τὸ πᾶν. i. quicquid sub cœlo est, inter se distribuisse. Quoniā itaq; res ipsi est cū anu, Deū inuocat Neptunū, et alios seniles Deos, ut quibus curæ maiori soleāt, uel quodāmodo debeāt senes esse. τῶν ῥυτίδων, pro ὅσας τὰς ῥυτίδας ἔχει. Ista effert face ardēti admota faciei aniculæ. ἆ, ἆ. aduerbiū consternatæ mulieris, & ignē à facie sua repellētis. εἰρεσιώνην. Cū olim pestis p uniuersum Atheniēsem agrū grassaretur, consultū oraculū respōdit, luē illā cessaturā, ubi Atheniēses uouissēt, suos pueros quotānis ante ædes eresionē in honorē Apollinis collocaturos. Erat εἰρεσιώνη, ramus oleaginus, lana obuolutus, de quo omnis generis fructus circūpendebāt. Iā ramus ille cū suapte natura incēdi facilè possit, quo tēpore excinditur, post annū aëri et soli expositus, quî non statim conflagret? καύσεται. s. ὁ σπινθήρ. est futurum à καίομαι, quod hîc actiuè sonat, eam cremabit.

ποντοπόσειδον. πόντος. Dij seniles. ἆ, ἆ. εἰρεσιώνη. καύσεται.

Νε. Βούλει δι' χρόνου πρός με παῖσαι; Γρ. ποῖ τάλαν;
Νε. Αὐτοῦ λαβοῦσα κάρια. Γρ. παιδιὰν τίνα;
Νε. πόσους ἔχεις ὀδόντας. Δικ. ἀλλὰ γνώσομαι
κἄγωγ'. ἔχει γὰρ τρεῖς ἴσως, ἢ τέτταρας.
Νε. ἀπότισον· ἕνα γὰρ γόμφιον μόνον φορεῖ.
Γρ. ταλάντατ' ἀνδρῶν οὐχ ὑγιαίνειν μοι δοκεῖς,

πλυνόν

πλυνὸν με ποιῶν οἱ τοσοῦτοι ἄνδρες ὅσοι.
Νε. ὄναιο μέν γ' ἄν, εἴ τις ἐκπλυνειέ σε.
Δικ. οὐ δῆτ', ἐπεὶ νῦν καπηλικῶς ἔχει·
εἰ δ' ἐκπλυνεῖται τοῦτο τὸ ψιμύθιον,
ὄψει κατάδηλα τοῦ προσώπου γε τὰ ῥάκη.

IVV. Graue tibi non erit, diutule mecum lusitare? AN. Infelix, hoc vbinam factum vis? IVV. Hîc scilicet, posteaquam nuces in eam rem ceperis. AN. Quo genere lusus? IVV. Dẽtes quot tibi sint diuinare experiemur. IVST. Age perplacet: nam hocce diuinaro et ipse. Fortasse tres, ad summũ quatuor habet. IVV. Solue: molarem vnicum habet. AN. Túne satis sobrius es virorũ omniũ infortunatissime, qui præsentibus adeò multis sic me lauare pergas. IVV. Non ab re tua sanè sit, te si probè quis lauerit. IVST. Minimè ex re eius fuerit, fucata quandoquidem nũc est. Quòd si cerusa eluatur, manifestè faciem eius videas flaccidam, et pendula cute detritam.

Ποῖ. Anus iniuriam ultura, non tam quærit locum ubi cum iuuene ludat, quàm in quo eum cædat, aut certè animi sui indignationem pro uoto euomat. At iuuenis quasi de loco ludendi illa seriò rogarit, subdit, αὐτοῦ, simul genus ludi ridiculæ anui præscribit. Risu maiore digna fuerit anus, si de lusu Venereo sensisse intelligetur. Ouidius Lude, sed occultè.

Nuces.

κάρυα. Quoniam anus senium à se quantum potest arcere laborat, ad puerilem lusum eam prouocat, qui quomodo nucibus peragatur, antea diximus, ubi quid ἀρτιάζειν significet, exposuimus.

παιδιὰν τίνα; Quàm ingratum ludum mihi proponis? qui puerorũ de more, nuces etiã repetere me uis. Sed quasi illa percontata sit, quonã potißimũ genere ludi, qui nucibus constet, lusuri sint, cõsultò iuuenis ait, Quæremus quot habeas in ore dẽtes, cùm dicere debuisset, in manu quot habeas nuces. hoc scommate edentulam anum esse apertè indicat. κἀγώ, ego quoque quemadmodum & tu, hoc diuinando assequi possum.

πλύνειν. Lauare.

πλυνὸν με ποιῶν, lotam me faciens, periphrasis, pro πλύνων με, lauans me. Significat uerbum hoc ὀνειδίζειν, καὶ λοιδορεῖν, probris incessere, sugillare, dedecore & conui-

cijs afficere. Significationem huiusmodi traductam uolunt, ab ijs qui ludibrij causa aliquem conspergunt aqua. Ludibrium autem eo censetur atrocius, quo pluribus fit præsentibus. ὄναιο ἄρ. *Vtile sit tibi, in usum & commodum tuum uertatur, hoc bono fruaris si te quis lauerit. Optatiuum ab* ὄνομαι, τὸ ἀπολαύω. *Capit hîc* πλύνειν *in significatu primario. Nō putes me propterea ineptire, si te præsentibus hisce lauero, nam non potest non esse tibi ex usu, si quis te, adeò fœdā & squallidam, eluerit.* καπηλικῶς ἔχει. *In superioribus dictum est,* καπηλίδας *mulieres, cauponarias esse, quæ uina bona deteriori mixta pro natiuo uendunt,* καπηλικῶς ἔχειν, *est ita se in aliqua re gerere, ut solent in sua arte* καπηλίδες, *nempe cum fraude & impostura. Quomodo habere se ait cerusatam hanc uetulam, quæ uitia cutis artificiosè superinducto colore dißimulat, ut nihil hîc sit* καπηλικῶς, *quàm* ἐψιμμυθισμένως *fucatè se habere, id est, fucatam esse.* ἐκπλυνεῖται. *futurū mediū utramque significationem recipere potest. Si fucum abluerit, uel si fucus abluetur.* ὄψει. *Attica forma, quomodo nuper dixit* βούλει, *quæ ita usu recepta sunt, ut* βούλῃ, & ὄψῃ *usus non admittat.* ῥάκη, *panni sunt uiles, & detriti. conuiciosè cutē aniculæ rugosam, & flaccescentem cum reiiculis & longo usu attritis pannis confert.*

ὄναιο.

καπηλικῶς ἔχειν.

ὄψει.

βούλει.

ῥάκος.

Γρ. Γέρων ἀνὴρ ὢν, οὐχ ὑγιαίνειν μοι δοκεῖς.

Νε. Γεραιὰ μὲν οὖν ἴσως σε, κατὰ τὴν πιτυΐδα

ἐφάπτεταί του, λανθάνειν δοκοῦν ἐμέ.

Γρ. Μὰ τὴν Ἀφροδίτην οὐκ ἐμοῦ γ', ὦ βδελυρὲ σύ.

Δικ. Μὰ τὴν Ἑκάτην οὐ δῆτα· μαινοίμην γὰρ ἄν.

Ἀλλ' ὦ νεανίσκ', οὐκ ἐῶ τὴν μείρακα

μισεῖν σε ταύτην. Νε. Ἀλλ' ἔγωγ' ὑπερφιλῶ.

Δικ. Καὶ μὴν κατηγορεῖ γέ του. Νε. Τί κατηγορεῖ;

Δικ. Εἶναί σ' ὑβριστήν φησι, καὶ λέγειν ὅτι

Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.

Νε. Ἐγὼ περὶ ταύτης οὐ μαχοῦμαί σοι. Δικ. Τὸ τί;

Νε. Αἰσχυνόμενος τὴν ἡλικίαν τὴν σήν, ἐπεὶ

οὐκ ἄν ποτ' ἄλλῳ τοῦτ' ἐπέτρεπον ποιεῖν.

Νῦν δ' ἄπιθι χαίρων, συλλαβὼν τὴν μείρακα.
Δικ. οἶδ' οἶδα τὸν νοῦν· οὐκ ἔτ' ἀξιοῖς ἴσως
εἶναι μετ' αὐτῆς. Γρ. ὁ δ' ἐπιτρέψων ἐστὶ τίς;
Νε. οὐκ ἂν διαλεχθείην διεσπεκλωμένῃ
ὑπὸ μυρίων ἐτῶν γε καὶ τρισχιλίων.
Δικ. ὅμως δ' ἐπειδὴ καὶ τὸν οἶνον ἠξίους
πίνειν, συνεκποτέον ἐστί σοι καὶ τὴν τρύγα.
Νε. ἀλλ' ἔστι κομιδῇ τρὺξ παλαιὰ καὶ σαπρά.
Δικ. οὐκοῦν τρύγοιπος ταῦτα πάντ' ἰάσεται.

AN. Pro ingrauescente tua ætate, non satis mihi sapere videris. IVV. Tu fortasse hoc ideo credis, quod hic clam me, vti quidem existimat, tuam tentet pudicitiam, & tuas contrectet mammas. AN. Meas, scelerate? Per Venerem non attrectat. IVST. Non per Hecaten, non inquam profectò hoc ego si facerem, planè insanirem. Sed heus tu nunquam committam, vt hanc oderis iuuenculam. IVV. Ego verò eam deamo. IVST. Et tamen accusat te. IVV. Quamobrem autem accusat? IVST. Contumeliosum esse te ait, dicteriumq; hoc ipsi obiectasse, Quondam fortes fuere Milesii. IVV. Diutius ego tecum de ea contēdere nolim. IVST. Cur ita obsecrò? IVV. Certè propter ætatis tuę reuerentiã· Alioqui nulli cuiquam mortaliũ id facere, quod facis, vnquã ꝑmitterē. Verùm quod quidē tibi bene vertat, iuuenculã hãc tibi accipe, et hinc cum ea facesse. IVS. Quid animi habeas pernoui: cœpit fortasse te consuetudinis huius pœnitere. AN. Quis omniũ est hoc qui permittat? IVV. Cum scorto hocce, ab annis, vsq; decies mille, & ter mille, plus quàm putido, iugiq; meretricio, temerato, posthac verba facere, nulla ratione sustineã. IVS. Veruntamē, tibi cui vinũ bibere non ingratũ fuit, fex quoq; postea tibi ebibēda fuerit. IVV. Sed ista fex inueterauit, et supramodũ exoleuit. IVS. Igitur incõmodo huic trygœp⁹ medebitur.

γέρων

γέρων ὤν. longo uitæ usu, & multarum rerum peritia, senes prudentiores esse debent, & meliores, at tu contumeliosus es, qui me fucatam esse dicis, & uir peßimus, qui me iniuria ab hoc affectã, & multis probris afflictam, nouis etiam insectaris. πειρᾷ σε, tentat te, procatur, cum senex sit, & ob ætatem ad amores inutilis, hinc fortaßε ais eum non esse sanum. λανθάνειν ἐμὲ, me hoc ignorare, me inscio credens se amatorem tibi fore. ἀφροδίτην. Meretricis est, & libidinosæ mulieris, per Venerem iurare, sed iusiurandum hoc in anu tã est ridiculum, quàm oportet eam ab amoribus esse alienam. Iustus diues factus per Hecaten (quæ à diuitibus colebatur) tẽpestiuius iurat. μαινοίμην insanus essem, si senex ego iuuenculam hanc mihi adiungere pararem. Propterea subdit adolescens non impedio quo minus ames hanc puellã. οὐ μάχομαι. Inter procos & riuales, amicarũ gratia, pugna sæpe cooritur. Quod si est ut tu hanc ames, ego de ea tecum nõ contendero, ut quæ tuæ potius quàm meæ conueniat ætati. τὸ, τί, pro solo τί; articulus τὸ abundat. τοῦτ' ἔστω περιεῖν, hoc facere, eã sibi habere. ἄπιθι, imperatiuum ab ἄπειμι, uade, χαίρων, nulla inuidia, cũ bona uenia, sic ut nemo te cum hac muliercula consuescere impediat. οἶδ' οἶδα. Verbum hoc effertur ut à cogitabundo, ideoq; geminatur, ut innuat uix tandem consilium adolescentis deprehendisse, quo motus uideatur non illibenter hanc à se dimittere. ὁ δ' ὅσι δὲ τίς ὁ ἐπιτρέψων. Est ne quisquam qui hoc permittat? Pro prima persona sic, Egóne permittam ut cùm alio potius quàm tecum sim? Διεσπεκλωμένη, διασπεκλοῦσθαι est corrumpi, pollui, uitiari, & contaminari, propriè autem ἐν τῇ συνουσίᾳ, & coitu nefario, illegitimoq;, dicturus propterea erat ὑπὸ μυρίων ἀνδρῶν, sed longæuitatem illi exprobrans, & ætatem aniculæ ad coitum intempestiuam, dixit, ὑπὸ μυρίων ἐτῶν. Quod autem minorem numerum postposuit maiori (sunt enim τὰ μύρια ἔτη decẽ millia annorũ, τὰ δὲ τρισχίλια, tria millia) ut ab homine perturbato, & indignato censendum est esse pronuntiatum.

Venus.

τὸ, τί.

Articulus.

μύρια.

τρισχίλια

καὶ τὸν οἶνον. Hoc significat. Quæ quondam ætate florenti tibi placuit, nunc grandis natu displicere tibi non debet, fastidire iam non debes anum rugosam, qua quondam fruitus es iuniore, & formosiore.

συνεκποτέον, aduerbium positionis, à σὺν, ἐκ, & πίνω conflatum. παλαιὰ, anum esse fatetur, sed eiusmodi quæ non nũc primùm incipiat anus esse, uerùm quæ iampridem desierit iuuenis esse, & indigna planè quæ à quoquam amari uel poßit, uel debeat. τρύγοιπος. ἀπὸ τῆς τρυγίας, καὶ τοῦ πιέζειν, id est à fece & retinere, fit nomẽ τρύγοιπος uas uimineũ per quod mustum de torculari fluens trãsmittitur,

συνεκποτέον.

τρύγοιπος

densius autem si quid est, ab eodem retinetur. Vt cum fece anum hanc contulit, ita ilocalariter adolescentem cum trygœpo cõfert. Tu, inquit, si quid erit in anu, unde commodum capere poßis, cape, & boni consule, cætera quæ minus placebunt, abijce. Opertè significat adolescentẽ posse querimonias, & luctum uetulæ sedare, si cum ea redire in gratiã uolet, & eam, ut prius, amore complecti.

ΝΕ. Ἀλλ' εἴσιθ' εἴσω· τῷ θεῷ γὰρ βούλομαι
ἐλθὼν ἀναθεῖναι τοὺς στεφάνους τοὺς δ' οὓς ἔχω.
ΓΡ. Ἐγὼ δέ γ' αὐτῷ καὶ φράσαι τι βούλομαι.
ΝΕ. Ἐγὼ δέ γ' οὐκ εἴσειμι. ΔΙΚ. θάρρει, μὴ φοβοῦ·
οὐ γὰρ βιάσεται. ΝΕ. πάνυ καλῶς τοίνυν λέγεις·
ἱκανὸν γὰρ αὐτὴν πρότερον ὑπεπίττουν χρόνον.
ΓΡ. Βάδιζ'. ἐγὼ δέ σου κατόπιν εἰσέρχομαι.
ΔΙΚ. ὡς εὐτόνως, ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ γράδιον
ὥσπερ λεπὰς, τῷ μειρακίῳ προσίσχεται.

IVV. Eia ingredere: nã, quando huc veni, volo quas gesto corollas Deo sacrare. AN. Habeo ego quoque illi quod dictum velim. IVV. Ego verò non iã introeo. IVST. Confide, nihil vereare: nam vim tibi non inferet. IVV. Scitè admodũ loqueris: antehac enim ego eam probè subleui. AN. Ingredere: ego autem è vestigio te subsequor. IVST. Deus bone, quàm contentè, & pertinaciter anicula hæc adolescentẽ insectatur! nulla certè lapidi fixius hæreat lepas.

βιάζεται.

ὑπεπιττοῦν
Picare.

εἴσιθι. Postpositis de uetula nugis, rogat Iustum, ut domum regressus, locum sibi monstret, in quo Plutus colatur. βιάσεται. Verbum hoc ferè & conuenienter de uiris pudicitiam puellæ, uel mulieris expugnantibus dicitur: iocosè autem anui adaptauit, quæ iuuenem usqueadeo miserè deperit, ut ipsi ab ea, uis potius metuenda sit, quàm contrá. ἱκανὸν pro ἱκανῶς. ὑπεπίττουν ab ὑπὸ & πιττόω, pico, id est, pice coniungo. Vina uiolentiora qualia præsertim sunt recentia, βιάζονται, quando per rimulas doliorum impetu, & magna ui erumpunt: propterea qui timent ne qua parte uinum effluat, diligen-

ter

ter dolia sua picare solent. Ergo quoniam Iustus dixit de anu, οὐ βιάζεται, iuuenis significatione uerbi ad uinũ translata, ait, uis huius mulierculæ aduersus me nihil poterit, cum antea de me sedulò picata fuerit. Sentit se anteà cum anu rem sæpißimè habuisse, proinde nihil sibi ab illa timendum esse. In his altius rimandis ingeniosiores nos esse non oportet. βάδιζε. *Dum anus hoc dixit, simul iuuenis domũ Chremyli ingressus est, eo autem uix ingresso, anus simul ingrediẽs hoc dixit,* ἐγὼ δέ σου *&c. Iustus autem non sine risu subdit* ὥς εὐτόνως.

λεπὰς, *piscis est de genere ostreorum, qui ubi semel lapidi adhæserit, ab eo reuellitur non nisi ægerrimè. Adolescẽte & anu intromissis, Iusto subducto, & finita chori cantiuncula, Mercurius de Pluto & ipse questurus, quòd uniuersa Deorum sacrificia numen Pluti antiquaret, ad ædes Chremyli accedit, qui foribus potentißimè ictis, illinc subitò reuolat, ut nemine comparente, fores reseranti diuinitùs tactæ uiderentur. Carion ergo domo egressus, huc illuc prospiciens, dum neminem uidet qui pulsarit, secum ipse in hæc uerba loquitur.* λεπάς.

ΚΑΡΊΩΝ.

ΤΊΣ ἔσθ' ὁ κόπτων τὴν θύραν; τουτὶ τί ἦν;
οὐδεὶς ἔοικεν, ἀλλὰ δῆτα τὸ θύριον
φθεγγόμενον ἄλλως κλαυσιᾷ. ΕΡΜΗ͂Σ. σέ τοι, σὲ τοι
λέγω Καρίων, ἀνάμεινον. Καρ. οὗτος, εἰπέ μοι,
σὺ τὴν θύραν ἔκοπτες οὑτωσὶ σφόδρα;
Ἑρ. μὰ Δί', ἀλλ' ἔμελλον· εἶτ' ἀνέῳξάς με φθάσας.
ἀλλ' ἐκκάλει τὸν δεσπότην τρέχων ταχύ.
ἔπειτα τὴν γυναῖκα, καὶ τὰ παιδία·
ἔπειτα τοὺς θεράποντας, εἶτα τὴν κύνα·
ἔπειτα σαυτὸν, εἶτα τὴν ὗν. Καρ. εἰπέ μοι
τί δ' ἔστιν. Ἑρ. ὁ Ζεὺς, ὦ πόνηρε, βούλεται
ἐς ταυτὸν ὑμᾶς συγκυκήσας τρύβλιον,
ἁπαξάπαντας εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν.

CARION.

QVIS ille est qui fores pulsat? Hui,hoc quidnam sibi vult? Nemo hercle quisquam hîc comparet. Mirum verò porta hæc si suapte sponte tantum edidit sonum. MERCVRIVS. Heus tu Carion, tibi loquor,tibi inquam,resiste. CAR. Tu dic autem mihi,is ne es,qui tã validè hasce fores pepulisti? MER. Nequaquam,pulsaturus autem,ni eas reserando præoccupasses. Sed audi. Quàm potes festinantissimè dominum huc ad me tuum euoca. Vxorem eius itẽ, & liberos,ad hæc in famulitio quidquid est, canem quoque, adde & ipsum te,postremò suem. CAR. Obsecrò dic mihi quorsum hoc. MER. Summus ille Iupiter,ô scelerate,semel decreuit vos omnes, ad vnum, patella in eadem commixtos,in barathrum pręcipitare.

τίς ἔσθ' ὁ κόπτων; pro τίς κόπτει; τουτὶ,τοῦτο, hæc pulsatio unde est? putat miraculum esse,quod cum nusquam uideat qui fores tetigerit. ἀλλὰ δῆτα. Sed certè hæc porta ultro insonuit. Subest hîc negatio,& perinde est ac si dicat,fieri non potest quin ab aliquo pulsata sit. (κλαυσιᾷμ.) *φθεγγόμενον resonans, κλαυσιᾷ lugubrem quendam tactũ exprimit,& modo quodam insolito,distinctum interuallo, sed uehementem: κλαυσιάω.n. à κλαίω.i. fleo formatũ est. Voluit Mercurius nouitate tactus domesticos omnes attẽtiores reddi,ut dicturo illi fides promptior & maior haberetur. σέ τοι. Carion cum neminẽ ante fores uidisset,de recipiendo se cogitauit. Mercurius aũt quasi tũ primùm eò accederet,illi de uia acclamat,σέ τοι σέ τοι,λέγω. Est σὲ accusatiuus Atticè pro datiuo σοι positus. τοι explet. Geminatus autem casus seriam rem promittit.* (Accusatiuus.) *ἔμελλον. s. κόψειν. εἶτα,sed interim φθάσας με,anteuertẽs,et ànte quã pulsarẽ,ἀνέῳξας,aperuisti. Atticũ perfectũ est ab ab anormi ἀνοίγω.* (ἀνέῳξα.) *κύνα. Quorsum attinet & canẽ, & suẽ uocari? his uerbis demõstrat uniuersam Chremyli familiã Ioui esse inuisissimã. Iouẽ in ulcissẽda sua iniuria,etiam in bruta fore immisericordẽ. Oportuit aũt ut simul essent præmonẽdi, qui simul erant perdendi. καὶ σαυτόν. Atqui nemo seipsum uocat. Hoc ait, Nõ illis modò periculum imminet,sed & tibi,propterea quod tu illis dices,tibi quoq; idẽ dictũ putato. Ridiculè inter canem et suem collocat Carionẽ, quasi in ordine animalium rationis expertium sit connumerãdus. εἰπέ μοι.*

Carion

Carion blanditur Mercurio ut hoc quid ſit, omnium primus reſciſcat. Ferè ſanè ita comparatum uidemus, ut ingenijs ſeruorum inſita ſit uanitas, quare & curioſitas. ὁ ζεύς. *Hinc reddit attentum:* ὦ πόνηρε, *hinc ſolicitum.* συγκυκήσας, *ubi ſumma pernicie perdendos uos confuderit, ita ut de hac familia tota, nihil poſtea reliqui ſit futurum. Sumptū eſt à coquis diuerſas carnes minutatim conciſas, & in eadem ſartagine commixtas frigentibus.*

ΚΑΡ. Ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι τούτων τέμνεται.
Ἀτὰρ δὴ τί γε ταῦτ' ἐπιβουλεύει ποιεῖν
Ἡμᾶς; ΕΡ. ὅτι δεινότατα πάντων πραγμάτων
Εἴργασθ'. ἀφ' οὗ γὰρ ἤρξατ' ἐξ ἀρχῆς βλέπειν
ὁ Πλοῦτος, οὐδεὶς οὐ λιβανωτὸν, οὐ δάφνην,
Οὐ ψαιστὸν, οὐχ ἱερεῖον, οὐκ ἄλλ' οὐδὲ ἓν
Ἡμῖν ἐπιθύει τοῖς θεοῖς. ΚΑΡ. μὰ Δί' οὐδέ γε
Θύσει. κακῶς γὰρ ἐπιμελεῖσθ' ἡμῶν τότε.

CAR. Præconi horũ lingua præſcindatur. Quáobrem autem Iupiter tam dira in nos meditatur? MER. Quoniam rem deſignaſtis rerũ omnium multo teterrimam. Ex quo enim Plutus videre cœpit, ſtatim deſierũt homines thus, laurum, pſęſtum, victimá, breuiter quodcunque aliud, nobis Diis conſecrare. CAR. Deſierunt ſanè, nec impoſterum quemquam vobis ſperate ſacrificaturũ, vt à quibus antehac nobis ſit conſultũ malè.

ἡ γλῶττα. *Lingua uictimarum quondam Mercurio debebatur, διὰ τὴν ἑρμηνείαν. i. propter beneficiũ interpretationis quod per plectrũ linguæ fit. Quò reſpexit Carion dũ dixit,* τούτων *horum omnium noſtrum, quos mactandos propediem dixiſti, lingua tua fuerit. Melius credas ita dictũ. Quoniã præco ante ſacrificiũ admonebat populũ ut linguis fauerẽt. i. cõticerẽt, lingua uictimarũ præconi dari ſolebat. Idcirco dit* ἡ γλῶττα τούτων. *ſ.* θυομένων. *In utraq; interpretatiõe genitiuus* τούτων *reſpicit nomen* γλῶττα. *Sed uenuſtißimum fuerit, & uериſimilimum, ſi* τούτων *exponas horum malorum, ut ſubijciatur*

Lingua.

τῷ

εὐαγγέλιον

τῷ κήρυκι. Nam quemadmodum moris fuit læta nuntiantibus mercedem dare, quod εὐαγγέλιον uocabant, ita æquum censet Carion, ut Mercurio tam infausta nuntianti lingua incidatur. εἴργασθε, perfectum ab ἐργάζομαι. ἀφ' οὗ. s. χρόνου. Quod addit, ἤρξατο δὲ ἀρχῆς, incepit à principio, demonstrat efficacißimā fuisse Pluti diuinitatem, ut quæ aliorum Deorum numen repentina quadam ui reprimere potuerit. Succurrant quæ Chremylus prædixerat Pluto adhuc cæco: ἔχ' ἥσυχος, ἐγὼ γὰρ ἀποδείξω σε τοῦ Διὸς πολὺ μείζω δύναμιν. Et paulò pòst, οὐδ' ἂν εἷς θύσειεν ἀνθρώπων ἔτι, οὐ βοῦν ἂν, οὐχὶ ψαιστὸν, οὐκ ἄλλ' οὐδὲν, μὴ βουλομένου σοῦ. λιβανωτόν. Thus in suffitum Deorum, ut Laurum in serta & coronas Deorum & sacra facientium. ψαιστὸν placentas & panes sacerdotū gulæ maximè debita fuisse testatus est antea sacrificus Aesculapij, ἱερεῖον animalia uocat immolari solita, quæ ferè erāt, sus, hircus, aries, & boues nonnunquam. ἐπεμελεῖσθε ἡμῶν, soliciti fuistis de nobis κακῶς, nullo modo, τότε, tum scilicet cum affatim uobis omnia essent, & nullius indigeretis.

ψαιστόν.

ἱερεῖον.

Ἑρ. καὶ τῶν μὲν ἄλλων μοι θεῶν ἧττον μέλει.
ἐγὼ δ' ἀπόλωλα κἀπιτέτριμμαι. Καρ. σωφρονεῖς;
Ἑρ. πρότερον γὰρ εἶχον μὲν παρὰ ταῖς καπηλίσιν
πάντ' ἀγάθ' ἕωθεν εὐθὺς, οἰνοῦτταν, μέλι,
ἰσχάδας, ὅσ' εἰκὸς ἐστὶν Ἑρμῆν ἐσθίειν·
νυνὶ δὲ πεινῶν ἀναβάδην ἀναπαύομαι.
Καρ. οὔκουν δικαίως, ὅστις ἐποίεις ζημίαν
ἐνίοτε τοιαῦτ' ἀγάθ' ἔχων. Ἑρ. οἴμοι τάλας,
οἴμοι πλακοῦντος τοῦ 'ν τετράδι πεπεμμένου.
Καρ. ποθεῖς τὸν οὐ παρόντα, καὶ μάτην καλεῖς.
Ἑρ. οἴμοι δὲ κωλῆς ἣν ἐγὼ κατήσθιον.
Καρ. ἀσκωλίαζ' ἐνταῦθα πρὸς τὴν αἰθρίαν.
Ἑρ. σπλάγχνων τε θερμῶν, ὧν ἐγὼ κατήσθιον.
Καρ. ὀδύνη σε περὶ τὰ σπλάγχν' ἔοικεν ἐπιστρέφειν.
Ἑρ. οἴμοι δὲ κύλικος ἴσον ἴσῳ κεκραμένης.
Καρ. ταύτην ἐπιπιὼν, ἀποτρέχων οὐκ ἂν φθάνοις.

MER.

MER. Quod ad reliquam Deorum turbam attinet, minus anxiè de illis laboro, quàm de me, qui iã fame confectus interii. CAR. Nunc demum ſapis? MER. De cauponariis mulieribus, in ipſo etiam ſtatim diluculo, quid boni prius non recipiebam? œnuttã, mel, ficus, & id genus alia, quæ Mercurio edenda proponi ſolent. Sed res hoc tempore rediit eò, vt eſuriẽs iaceã ſupinus. CAR. Nec immeritò certè, vt qui poſt tot bona de illis accepta, in graues multas incidere nonnunquam eas paterere. MER. Hei miſero mihi, vbi placenta quæ tetrade mihi pinſebatur? CAR. Abſentem deſideras, fruſtraq; vocas. MER. Vbi anteriores illæ victimarum partes, quas eſitare non illibenter ſolebam? CAR. Lubet hîc ſubſultare? en gratam ſerenitatem. MER. Quò abiere calida illa exta? quibus ô quàm auidè fruebar! CAR. Quantum apparet, laboras ex inteſtinis. MER. Vbi pocula mihi ex æquo temperata? CAR. De ſiccato hocce poculo, de reuolando, non meditabere.

τῶν μὲν ἄλλων. Non eſt incelebris Græcorum ſententia:
φιλεῖ δ' ἑαυτοῦ πλέον οὐδεὶς οὐδένα, id eſt,
Nemo quenquam magis ſeipſo diligit. Quam cum hoc comico Græco Latinus confirmauit comicus:
Verum, inquit, illud uerbum eſt, uulgò quod dici ſolet,
Omnes ſibi eſſe melius malle, quàm alteri.
Mercurius ergo poſtpoſitis aliorum Deorum commodis, ſtudioſius ſuum agit negotium. κἀπιτέτριμμαι, καὶ ἐπιτέτριμμαι. *thema huius perfecti eſt* ἐπιτρίβομαι. καπηλίσιν. *Mercurius furtis et furibus præeſſe credebatur, quare à mulierculis cauponariam exercentibus colebatur, ut eius fauore, ipſæ alijs commodius imponerent,* σωφρονεῖς. *Sine interrogatione ſignificat, Sapis qui priuati, quàm alieni commodi magis meminiſti. Cum interrogatione hunc habet ſenſum, Tu qui quondam nos aſpernabaris, nunc rebus tuis acciſis, & afflictis, ſapis?* οἰνοῦτταν. *Ductum eſt hoc uerbum* ἀπὸ τοῦ οἴνου, *eſt enim ſpecies mazæ quæ ex uino ſubigebatur. Atqui, inquies, Dij humanis non ueſcuntur cibis. Res ita habet, neque hîc fuit Mercurius, ſed Mercurij ſacrificulus, qui ſpecie Mercurij ſuæ rei diligenter inſeruit.*

Mercurius.

οἰνοῦττα.

Quæ Mercurio offerebantur, à sacerdote ablata comedebantur. Haud scio eo tẽpore utrum maius fuerit, sacrificorúm ne impostura, an popelli stupor & ignauia. Illi quæ edebant, Deos comedisse aiebant, populus uanitati illorum credebat, qui etiam existimat personatum hunc Mercurium, uerum esse Mercurium, qui relicto cœlo, et cœlestibus Dijs in consortium & familiam Chremyli iam asciscì percupiat. Tale quiddam fieri ab Aesculapij sacrifico uidimus. ἀναβάδην, aduerbium quod significat ἄνω τοὺς πόδας ἔχων, sublatis, & in altum porrectis pedibus otium ago, supinus sum: supinitatem pro negligentia & torpore accipiunt. Mirum uideri uult, quòd ipse qui Deorũ nuntius est, & qui antea nulla intermißione, dum uariè à Dijs ablegaretur, uix unquam quiesceret, nunc per otium supinus & ignauus quiescat, &, quod eum peius habet, πεινῶν famelicus langueat. δικαίως. s. ἀναπαύῃ πεινῶν. Hæc quæ narras, optimo iure tibi contingunt. Quoniam cauponariæ illæ tua ope fretæ, & tuo fauore innixæ, liberius furari pergebant, aliquando deprehensæ grauiter multabantur. Quod si eas probè curasses, pœnas suæ imposturæ non dedissent. Non ab re igitur illæ nunc te deserunt, abs te prius damnosè desertæ quæ fuerunt. οἴμοι τάλας. Animaduertẽda constructio τοῦ οἴμοι, nominatiuo primùm iungitur, deinde multis genitiuis desideriũ notantibus earum rerum quas olim Mercurius habuerat, iam uerò habere ipsi non liceat. τοῦ, τῶν .τετράδι. Diximus antea ὀγδόῳ. i. octauum cuiusq; mensis diem fuisse Theseo sacratum, hic intelligendum Mercurio τετράδα. i. quartum diem cuiusq; mẽsis dicatũ fuisse. Vnde est nõ dißimile ueri etiamnũ obseruari, ut cuiusque hebdomadis quartus dies, Mercurij dies uocitetur. πεπεμμένου participiũ est à πέπτομαι. ποθεῖ. Hylas Theodamantis filius eximia fuit pulchritudine, is cum fortè aquatum iuisset, à nymphis ob egregiã formã raptus est. Hercules adolescentem cum deperibat, propterea longiorem eius cessationem miratus, Polyphemum misit, qui cum nomen Hylæ sæpius, at nequicquam mirabili uociferatione inclamasset, audita tandem uox hæc, ποθεῖς τὸν οὐ παρόντα, καὶ μάτην καλεῖς. Hinc uersiculus cœpit dici de ijs qui rem absentem, & quæ haberi nequit, desiderant, interim aũt uotis nihil proficiunt. κωλῆς. Per quintam declinationem κώληξ ossa significat, per secundam κωλῆ partes anteriores uictimæ quibus inest plus oßium, quàm carnis & pinguedinis, cuiusmodi sunt caput & pedes. Græcus interpres putat κωλῆς ἀντὶ τοῦ κώλυκος dictũ, ut cõqueratur Mercurius, quod ipsi iam nihil præter ossa carnib. nudata apponãtur rodenda. Non aũt intelligendum de quibuslibet ossibus

ἀναβάδην. οἴμοι. τοῦ. τετράς. Mercurij dies. Hylas. Theodamas. Hercules. Polyphemus. κώληξ. κωλῆ.

situs, sed de ijs quæ in priore parte uictimæ erant, & illi unà cũ carne proferri solebant. ἀσκωλίαζε. ἀσκοὶ *utres sunt, unde festa quædam Bacchi dicta sunt* ἀσκώλια, *quasi utralia. Scitum est capram uiti esse inimicam, proinde in festis Bacchi capra immolari consueuit, de pellibus autem caprinis utres conficiebantur, qui uino pleni, et uncti in medio theatro collocabantur, ut altero pede innixi iuuenes in eos exilirent, faciebat autem utrium uolubilitas, ut ferè omnes laberentur, nec super utrem consisterent, unde spectatoribus ridendi erat nõ modica occasio. Quod si quis fortè constitisset, & utrem, & uinum præmij loco reportabat, hinc* ἀσκωλιάζειν, *propriè est* τοῖς ἀσκοῖς ἐνάλλεσθαι *in utres insilire. Simpliciter tamẽ dixit* ἀσκωλίαζε *pro* ἅλλου *sali. Porrò gratia non caret, quod esurientẽ inuitet ad saltum, nã bene pransis & saturis saltus minimè conuenit.* σπλάγχνων. *s.* οἴμοι, *et* ὢν *pro* ἃ *constructione Attica intellige, sequitur enim casum antecedentis.* πρὸς τὰ σπλάγχνα. *Tuus dolor non in capite est, ubi graues curæ sunt, sed uidetur te ad intestina conuertere, non enim tantopere te mouet hominum erga Deos impietas, quàm stomachi tui latrantis, & intestinorum tuorum inanitas, nam de esurie & tua fame, tota tua disputatio est.* ἶσον ἴσῳ, *par pari, id est, æquali mixtura temperatum, ex æquo moderatum, ut tantum esset aquæ, quantum & uini. Rogant cur alijs Dijs uinum merum detur, Mercurio autem dilutum. Quoniam, aiunt, ius obtinent in uiuos & mortuos, nam & ad hos & ad illos Iupiter Mercurium mittere solet. Hoc figmento fortasse monentur, qui magni momenti legationes obeunt, ut à temulentia & ebrietate prorsus absint. Verba hæc* ἶσον ἴσῳ *absolutè ponuntur, & præter rationem legitimæ constructionis. Participium autem* κεκραμένης *unde sit scies ex anormi uerbo* κεραννύω. ταύτην. *s.* κύλικα ἐπιπιὼν, *participium indefinitum ab* ἐπιπίνω, *ubi hoc poculum ebiberis. Carion dum hoc ait, simul Mercurio calicem uini meracioris porrigit.* φθάνοις, *non properabis,* ἀποτρέχων, *pro* ἀποτρέχειν *recurrere eò unde huc uenisti. Satius duces hic hærere, quàm illic ubi antea fuisti diutius languere. Mercurius itaque, auidè epoto uino, Carionem amicè interpellat, rogátque ut se in ordinem eorum, qui cum Pluto agunt, cooptet.*

ἀσκώλια. ἶσον ἴσῳ. Mercurius. κεκραμέν. Nomen tacitum.

Ἑρ. Ἆρ' ὠφελήσαις ἄν τι τὸν σαυτοῦ φίλον;

Καρ. Εἴ του δέει γ' ὧν δυνατός εἰμι σ' ὠφελεῖν.

Ἑρ. εἴ μοι πορίσας ἄρτον τιν' εὖ πεπεμμένον,
Δοίης καταφαγεῖν καὶ κρέας νεανικὸν,
ὧν θύεθ' ὑμεῖς ἔνδον. Καρ. ἀλλ' οὐκ ἔκφορα.
Ἑρ. καὶ μὴν ὁπότε τι σκευάριον τοῦ δεσπότου
ὑφέλου, ἐγώ σε λανθάνειν ἐποίουν ἀεί.
Καρ. ἐφ' ᾧτε μετέχειν αὐτὸς ὦ τοιχωρύχε·
ἧκε γὰρ ἄν σοι ναστὸς εὖ πεπεμμένος.
Ἑρ. ἔπειτα τοῦτόν γ' αὐτὸς ἂν κατήσθιες,
Καρ. οὐ γὰρ μετεῖχες τὰς ἴσας πληγὰς ἐμοὶ,
ὁπότε τι ληφθείην πανουργήσας ἐγώ.
Ἑρ. μὴ μνησικακήσῃς, εἰ σὺ φυλὴν κατέλαβες·
ἀλλ' οὖν σύνοικον, πρὸς θεῶν, δέξασθέ με.
Καρ. ἔπειτ' ἀπολιπὼν τοὺς θεοὺς ἐνθάδε μενεῖς;
Ἑρ. τὰ γὰρ παρ' ὑμῖν ἐστι βελτίω πολύ.
Καρ. τί δέ γ' αὐτομολεῖν ἀστεῖον εἶναί σοι δοκεῖ;
Ἑρ. πατρὶς γάρ ἐστι πᾶσ' ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ.

MER. An verò me tui amantissimum aliqua in re non iuueris? CAR. Certè iuuabo, si modò quicquã erit, in quo te iuuare queam. MER. Potes sanè, si modò vnum aliquem panem mihi dederis, ex iis apud vos qui accuratè confecti sunt. Præterea autem carnium illarum quæ domi vestræ Pluto mactantur, bonam aliquam largitus mihi fueris portionem. CAR. At isthæc domo efferri non licet. MER. At tu cùm Chremyli vasculum aliquod surripiebas, perpetuò solicitus eram ne in ipso furto deprehendereris. CAR. Hoc ideo faciebas, nebulo, quòd sperares te furti participem fore: nam ex ea re nastus sedulò pistus ad te mittebatur. MER. Sed nastum eum tu postea quandoq; comedebas ipse. CAR. Quidni comederem ego, in ipso flagitio deprehensus? tum etenim socius verbe-

rum

rum non eras, neque pœnas ex æquo mecum luebas. MER. Si Phylam occupasti, malorum obliuiſcere anteactorum: potius autem, obſecrò, me in familiã veſtrã aſciſcite. CAR. An in animum inducas, Diis in poſterum relictis, hic nobiſcum manere? MER. Inducam verò vel cupidiſsimè: vobiſcum enim multo felici⁹ agitur. CAR. Nec abſurdum putaris ita ab illis deficere? MER. Patria omnibus illic eſt, vbi bene viuere licet.

τί. ſ. κατά. φίλον. Vnde coaluit inter hos amicitia? An ex æqualitate officiorũ? uterq; enim Deorũ miniſter eſt. Vel hoc, efficit fames, & neceßitas, quæ, inferiorem alioqui, utilitatis gratia cogit amicum uocare. εἰ. repete uerbum ὠφελήσαιμι, id eſt, iuuero, τοῦ pro τινος, & δέῃ Atticè pro δέῃ accipe, ut ſic habeat lectio, ὠφελήσαιμί σε, εἴ γέ τινος δέῃ. Iam ὧν relatiuum eſt, quod capit caſum antecedentis taciti ἐκείνων. Alioqui pro ὧν dictum eſſet καθ' ἃ, in quibus. εἴ μοι. Et hic ſubaudiendum ὠφελήσαις ἄν. τινά. ſecretionem facit panum: non enim petit ſacerdos ſecundarium panem, aut cibarium, ſed εὖ πεπεμμένον, bene piſtum, πεπτικὸν, concoctionis facilioris, primarium, qui materia præſtet, & artificio. νεανικόν. Quomodo Mercurius nuper ſibi panem poſcebat εὖ πεπεμμένον, optimum ſignificans, ita nunc petit carnem ſibi dari νεανικὸν, quod nomen interpreteris teneriuſculam: iuniorum enim caro tenerior eſt. Vel carnis portionem ſignificat ingentem & permagnam, quemadmodum meatus inſignes uocant πόρους νεανικούς. Similimum autem ueri eſt, carnem νεανικὸν uocari præcipuam, præſtantiorem: nam quod cæteris præpollet, νεανικὸν uocant. Sumptum ab ætate iuuenili, quæ ætatibus alijs, uirili nempe & ſenili, uiribus longè præcellit. ὧν genitiuus pro accuſatiuo ἅ. Subauditur autem in hoc caſu antecedens, hoc modo, δοίης κρέας τῶν ζώων, uel ἱερείων, ἃ θύετε ὑμεῖς. ἔκφορα adiectiuum eſſe accentus indicat, ſubſtantiuum enim quando eſt, oxytonum eſt. Ea quæ petis non ſunt ἔκφορα, quaſi dicas exportabilia. Quæ Laribus Dijs & penatibus ſacrificabantur, religioſum erat foras emittere. Propterea Plutus uxori Chremyli catachyſmata ſparſuræ ante ædes, dixit: ἔνδον γε παρὰ τὴν ἑστίαν, ὥσπερ ὁ νόμος. ὑφείλου, indefinitum β. ab ὑφαιρέομαι anormi uerbo. λανθάνειν, latere ignorari. ἐφῶτε, idem quod ἐφῶ, de quo ſupra, iungitur infinitiuo,

δέῃ. τῆς. πεπεμμένος. νεανικόν. Nomen tacitum. ἔκφορα. ὑφείλου. ἐφῶτε.

cui hic loco accusatiui præponit nominatiuum αὐτός. ἥκε, ueniebat, accedebat, dabatur. ναστός. Inter panes qui in sacrificijs olim Dijs proferebantur, nastus fuit: ferè ex melle & uuis passis cõficiebatur, alijsq; aromatis. Qui pauperiores erant, ex oleo tantùm faciebant. ἔπεσ-τα. Obijcit Mercurius Carioni, quòd non semper ipsi dederit nastum nomine Mercurij pistum, sed comederit ipse qui Mercurio daturum se uouerat, id quod fiebat, cùm Carion ante oblatum Mercurio nastum, reus fiebat furti. Qua conditione autem Carion daturum se diceret, quæ sequuntur docent, nimirum si impunè furaretur. Si furtum bene cedebat Carioni, Mercurio sacrabatur nastus: sin minus, Carion in nastum sæuiebat. ἐμοί, post τὰς ἴσας, æquales mihi, pro τὰς ἴσας ταῖς ἐμαῖς πληγαῖς, æquales meis plagis. Si communia tibi mecum fuissent uerbera, fuisset & communis nastus. Verùm quia solus cædebar, solus nasto fruebar. ληφθείην. Indefinitum α. Optatiui. thema est anorme uerbum λαμβάνω. μνησικακήσῃς. Verbum hoc μνησικακεῖν sonat, meminisse malorum & iniuriæ præteritæ. Vt altius res repetatur, scire oportet Athenienses aliquando cum Lacedæmonijs bellum gessisse acerrimũ, in quo Atheniensibus uictis, Lacedæmonij statim triginta uiros Athenas miserunt, qui summum ius & in urbem, & in ciues obtinerẽt. Hi postmodum insolentiores facti, atque in tyrannidem conuersi, quorundam ciuium bona publicabant, illos profligabant, alios deniq; pro sua libidine crudeliter etiam occidebant. Fuit per id tempus Athenis Thrasybulus uir ingenio admodum sublimi & generoso, qui tyrannidem exosus, clàm selectorum militum manu comparata, se in Phylam recipit (erat Phyla locus in Attico agro) ubi de expellendis ab urbe Lacedæmonijs seriò cum suis agit. Id subodorati Lacedæmonij, aduersus Thrasybulum bellum instaurant, magno impetu eum adoriuntur, nec sine magno suo malo congrediuntur, quo enim res Atheniensium fuerat deploratior, eo uictoria quam tum de Lacedæmonijs reportarunt fuit gloriosior. Profligatis Lacedæmonijs Thrasybulus plebiscitum interposuit, in quod Ciues iurarunt. Plebiscito hoc cauebatur, Ne cuiquam Atheniensium liceret imposterum, rerum antè malè actarum memoriam refricare. Sed præterita mala obliuione sempiterna (ἀμνηστίαν uocant) delerentur. Mercurius ergo Carioni ait, Si Phylam occupasti, id est, si diues euasisti, & fortunam nactus es splendidiorem, μὴ μνησικακήσῃς, id est, ne quid eorum malorum quæ antea passus es, in tuam mentem reuoces, sed ueteris illius Atheniensium ἀμνηστίας memor, omnia mihi benignè condones

Marginalia: ναστός. — Cõstructio. — μνησικακεῖν. — Thrasybulus. — Phyla. — ἀμνηστία.

dones, & ignoscas. τὰ παρ' ὑμῖν, *ea quæ apud uos sunt, res uestræ, status & conditio uestra. Subaudiendum autem est* μένω *manebo.* βελτίω, *Atticum & anorme comparatiuum, pro* βελτίονα. αὐτομολεῖν, *ex te ipso, nemine imperante, uel te cogente, transfugere, ac uelut hospite insalutato discedere?* πατρίς. *Socrates dictum Mercurij confirmauit, dum interrogatus cuias esset, respondit,* κοσμικός *i. mundanus, innuens nulli debere patriam præscribi certam, nam ubicunque commodè uiuitur & feliciter, illic patria est: ubi secus contingit, exilium. Circunfertur apud Græcos uersiculus eiusdem prorsus argumenti,* Τοῖς γὰρ καλῶς πράσσουσι πᾶσα γῆ πατρίς, *i. Quæuis terra illis patria est, quibuscum bene agitur.*

Verbū tacitum.
βελτίω.
αὐτομολεῖν
Patria.
κοσμικός.

ΚΑΡ. τί δῆτ' ἂν εἴης ὄφελος ἡμῖν ἐνθάδ' ὤν;
ΕΡ. παρὰ τὴν θύραν στροφαῖον ἱδρύσασθέ με.
ΚΑΡ. Στροφαῖον; ἀλλ' οὐκ ἔργον ἔστ' οὐδὲν στροφῶν.
ΕΡ. Ἀλλ' ἐμπολαῖον. ΚΑΡ. Ἀλλὰ πλουτοῦμεν· τί οὖν
Ἑρμῆν παλιγκάπηλον ἡμᾶς δεῖ τρέφειν;
ΕΡ. Ἀλλὰ δόλιον τοίνυν. ΚΑΡ. Δόλιον; ἥκιστά γε·
οὐ γὰρ δόλου νῦν ἔργον, ἀλλ' ἁπλῶν τρόπων.
ΕΡ. Ἀλλ' ἡγεμόνιον. ΚΑΡ. Ἀλλ' ὁ θεὸς ἤδη βλέπει·
ὥσθ' ἡγεμόνος οὐδὲν δεησόμεσθ' ἔτι.
ΕΡ. Ἐναγώνιος τοίνυν γ' ἔσομαι. καὶ τί ἔτ' ἐρεῖς;
Πλούτῳ γάρ ἐστι τοῦτο συμφορώτατον,
ποιεῖν ἀγῶνας μουσικοὺς, καὶ γυμνικούς.

CA. Hic si, vt optas, vixeris, quis verò nobis abs te vsus percipiatur? MER. Vos me ad portā statuetis ianitorē. CA. Ianitorē? tali ianitore nobis nihil opus. MER. Fuero igitur apud vos negotiator. CA. Cum affatim diuites simus, Mercuriū propolam cur alemus? MER. Dolos, si quādo res postulabit, suggerā. CAR. Dolos tu suggeras? Atqui versutis morib. iā nō est opus, cādidis potius opᵘˢ est, et simplicibᵘˢ. MER. Me ergo vtemini duce. CA. Plutus videt, quid est quod posthac

vllo

vllo indigeam⁹ duce? MER. Certamina igitur procurabo. Ecquid dicas ampli⁹? Omninò & musica, & gymnica constituere certamina, rem arbitror Pluto longè vtilissimam.

στροφαῖος. *στροφαῖον. uertigo & uolutio στροφὴ dicitur, unde στροφαῖος Mercurij ἐπώνυμον. Quoniam enim fures interdiu post ostium latitare solent, donec per occasionem aliò se conferant, ad arcendos illinc fures, post ostium iuxta cardines Mercurij statua erigebatur, aut certè figura eius depingebatur. Hoc itaq; primum munus est, quo se functurum in ædibus Chremyli pollicetur, obseruabit ne quis post fores delitescat. στροφῶν. Apparet genitiuum esse à nominatiuo στροφὴ, ut sit, nihil nobis opus his reuolutionibus, neq; lucrum, neq; damnũ ab ostij conuersionibus expectamus, quare neque te στροφαίῳ nobis opus est.*

ἐμπολαῖος *ἐμπολαῖον. Mercurius olim creditus est mercatoribus & negotiatorib. præesse, & suo fauore illorũ rẽ augere: unde ἐμπολαῖος uocabatur παρὰ τὸ ἐμπολᾶν negotiari, & ex mercimonia quæstũ facere. Si me in numerum domesticorum allegetis, faciam mea industria & negotiatione ut breui Chremylus in uirum euadat opulentißimum.*

κάπηλος. κάπηλις. παλιγκάπηλος. *παλιγκάπηλον. Propriè κάπηλος, uini uenditor est, ut κάπηλις uenditrix. παλιγκάπηλος, est qui à uenditore uini uinum emit, quod reuendat. Mercurius iactitabat se ἐμπολαῖον fore, significans quaruncumq; rerum commercium exercere se posse. Carion negociationem eius eleuans, uocat eum παλιγκάπηλον, innuens eum tantummodo uinum reuendere posse, unde uenditori lucrum accedit perexiguum, quare nõ esse cur Chremylus iam ditißimus, παλιγκάπηλον sordidum uel hili faciat.*

δόλιος. *δόλιον. impostoribus, præstigiatoribus, uafritie & ingenio subtiliore præditis uiris, Mercurium adesse uetustas existimauit. Conatur ergo Mercurius propter uersutias sui animi, in familiaritatem Chremyli se insinuare. Qua una re non aliam esse Pluto inuisiorem ex præcedentibus scitur. Aut, quod magis*

δόλος. *credendum, δόλος est & ἀγαθὸς & κακὸς, quomodo & Latinis dolus bonus, & dolus malus. Prior prudẽtiam signat, & socordiã habet oppositam: hoc significato δόλιον se uocat Mercurius. faciam ut in rebus gerẽdis cauti sitis, & prouidi. Mercurius de dolo malo intelligit, qui simplicitati & morum candori opponitur.*

ἡγεμόνιος. *ἡγεμόνιον. Mercurius dictus est ἡγεμόνιος dux & index uiarum. Qua ratione*

ἐνόδιος. *ἐνόδιος dicebatur, quòd in uijs esset. Proclides ἑρμῆν τρικέφαλον, Mercurium tricipitẽ in triuijs posuit. In singulis aũt capi-*

tibus

tibus inscriptio erat, quæ præmonstrabat quò unaquæq; uia duceret. Porrò quoniam nulli magis quàm cæcis necessarius est Mercurius ἡγεμόνιος, ideo eius operam reijcit, quod uisum receperit Plutus, nec illo duce ipsi iam sit opus. δεησόμεθ' pro δεησόμεθα. ἐναγώνιος. *Moris antiquitus erat, ut in honorem Deorum in theatris ludi ederentur, quos* ἀγῶνας *uocabant, ad quos spectandos quoniam populus undiquè confluebat, ingens emolumentum* τοῖς ἀγωνοθέταις *.i. ijs qui certamina constituebant parabatur. Censet itaque Mercurius certamina in gratiam Pluti proponenda: hinc enim Pluto & Chremylo lucrum accessurum immodicum. Id quod si faciundum arbitrabuntur, pollicetur Mercurius se* ἐναγώνιον *fore id est, eum qui solicitè, summaq; diligentia curaturus sit, ut* ἀγωνισαὶ *id est, certatores, & actores partium, unusquisque suarum, meminerint: adeò ut in eiusmodi ludis spectator nihil quidquam sit desideraturus.* τί ἔτι. *Quæ alia functio est (quamlibet etiam illa fuerit abiecta) quàm ego non subeã, modò in uestrum admittar consortium?* μουσικῶς. *Theatricorum artificum apud Græcos duo fuere potißimum genera. Prioris ordinis erant qui à scenis & tabernaculis, quibus in theatro utebantur,* σκηνικοὶ *dicebantur. In his erant* ὑποκριταί *.i. alienæ personæ simulatores, ut comœdi, & tragœdi, actores fabularum. Rursus* θυμελικοί, χειρονόμοι καὶ ὀρχησαί. *Sub thymelicis comprehendebantur citharistæ, qui citharam pulsabant, & citharœdi qui fidibus citharæ accinebant. fidicines Latini eos uocant. Chironomi gesticulatores erant qui manuum imprimis & pedum gestum, flexum & motum probè formabant: cauebant enim ne corporis status indecorus esset, ne pedes inscitè proferrentur, ne à reliqua corporis parte, caput, oculiq; dißiderent. Orchestæ saltatores erant. Antiquæ saltationis tres fuerunt species,* πυῤῥίχη, κόρδαξ, & σίκιννις. *Pyrrhicam Pyrrhus docuit: saltatio erat armatorum, idcirco* ὄρχησις ἐνοπλία *uocata est. Cordax obscœna erat saltatio, & quæ cum rusticitate quadam iunctam habebat lasciuiam. Sicinnis inusitatior fuit, & satyrica saltatio existimata. Ad hæc obeunda musicis opus erat instrumentis, ea de re* ἀγῶνες μουσικοὶ *uocabantur. Appellantur & Dionysiaci ludi, propterea quòd Dionysio i. Baccho dicati essent. Alterum genus* ἀγώνων *dictum est* γυμνικὸν, *quòd qui se in illis exercerent,* γυμνοὶ, *id est, nudi essent. Hoc quintuplex fuit. certantium nomina hæc sunt,* πύκται, δισκόβολοι, ἁλτικοὶ, δρομεῖς καὶ παλαισαί. *Vno & generali nomine* ἀθληταὶ *uocabantur. Pyctæ* τῇ πυγμῇ, *id est, cæstu se exercebant. Cæstus dictus est à cædendo, erat autem lorum è corio crudo confe-*

ἀγῶνες. ἐναγώνιος. σκηνικοὶ ἀγῶνες. ὑποκριταί. Thymelici. Citharistæ. Citharœdi. Fidicines. Chironomi. Orchestæ. Pyrrhica. Cordax. Sicinnis. μουσικοὶ ἀγῶνες. Dionysiaci ludi. γυμνικοὶ ἀγῶνες. ἀθληταί. Pyctæ. Cæstus.

ctum,cui massa plumbea insita erat:hoc cæstu manus Pyctarum armabantur,ut ictum aduersarij minus sentirent, & eum grauius ferirent. suit πυγμαχία *hæc discriminis plena, nec nisi à fortissimis uiris tentata. Latini Pyctas, à pugnis Pugiles uocarunt. Discoboli à* δίσκος *&* βάλλω *dicti. Discus erat lapis rotundus, & pertusus, quem tota ui in sublime iactabant. Haltici dicuntur ab* ἅλλομαι *salio: hi saltu contendebant. In saltu halteribus utebantur. Erant* ἁλτῆρες *massulæ, & pilæ plumbeæ, quibus utraque manu se librabant ut certius assilirēt. Dromēi cursu certabant,nomenq; pro modo cursus sortiebantur. Qui stadium percurrebant* σαδιοδρόμοι *uocabantur. Qui postquam ad metam peruenerant eò recurrebant,unde primùm inierant cursum* διαυλοδρόμοι*:nam* δίαυλος *duplū est curriculum. Sic* δολιχοδρόμοι, *appellabantur,qui longissimo cursu certabant. Cursus enim qui longissimè profertur* δόλιχος δρόμος *dicitur. Deniq; palestæ erant qui & palæstritæ,& palestrici nuncupantur,Luctatores uocantur à Latinis. Hi ceromate.i.oleo cerato uncti,puluere aspergebantur, ut corpora illorum ceromate,& sudore lubrica,mutuas prehensiones admitterēt. Sed* περὶ τῶν μυστικῶν τε καὶ γυμνικῶν ἀγώνων *pro loco satis.*

Pugiles. Discoboli. Discus. Haltici. ἁλτῆρες. *Dromei.* σαδιοδρόμος. διαυλοδρόμος. δολιχοδρόμος. *Palestæ. Luctatores Ceroma.*

καρ. ὡς ἀγαθὸν ἐστ' ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν·
οὗτος γὰρ ηὕρηκεν αὑτῷ βίοτον.
οὐκ ἐσθ' ἅπαντες οἱ δικάζοντες θαμὰ
σπεύδουσιν οἱ πολλοῖς γεγράφθαι γράμμασιν.
ἑρ. οὐκοῦν ἐπὶ τούτοις εἰσίω; καρ. καὶ πλῦνέ γε
αὐτὸς προσελθὼν πρὸς τὸ φρέαρ τὰς κοιλίας,
ἵν' εὐθέως διακονικὸς εἶναί μοι δοκῇς.

CAR. Quàm expedit multa habere cognomina! nam iste etiam sibi qualemcunq; adinuenit viuendi rationē. Nō temerè profectò est,quod iudices subinde videamus variis sortitionibus varia affectare tribunalia.
MER. Ob ea quæ de me dixi,non igitur ingrediar?
CAR. Scilicet. Verùm heus tu,saltem fac ingressus, aquis putei victimarū exta laues: vt protinus hinc mihi probes,olim quàm sis futurus officiosus.

ἐπω-

ἐπωνυμίας. *Varios titulos, uarias artes & functiones, ut si quid erit, quod per unam assequi nequeas, per aliam liceat. Quomodo contigit Mercurio, qui quamuis* στροφαῖος *esset,* ἐμπολαῖος, δόλιος *&* ἡγεμόνιος, *tamen omnibus hisce nominibus nihil proficere se cùm uideret* ἀγώνιον *fore se cùm dixit, tandem hac uia quodammodo extorsit à Carione ut admitteretur.* οὗτος *iste alioqui uilißimus. Dicuntur hæc spectatoribus, interim Mercurius ut contemptibilis, & fastidiẽdus digito obliquè monstratur.* δεζεύγηκεν, *perfectum hoc tẽpus manauit ab* δὶς *& anormi uerbo* ζευγίσκω. βιόζιον, *diminutiuum est: paruam uitam, paruulum uictum, ut qui tantummodo cum ministris sacrorum certaminum posthac uictitabit.* σπεύδουσιν, *festinant, irrequietè ambiunt, summa ope nituntur.* γράμμασιν. *Antea dictũ est Athenis morem fuisse, ut iudices sortibus eligerentur, sortem aũt per literas fieri. Tangit hîc auarum & ambitiosum quorundam Atheniensium ingenium, qui ne iudiciorum prorsus expertes uiuant, ubicunq; sortitio fit, illic sortiãtur, ut si fortè ex aliquo loco excludãtur, saltẽ in alio quopiam obtineant.* γεγράφθαι *pro* ὀνομάζεσθαι *nominari et iudicem declarari accipe, &* γράμμασιν *pro* κληρώσει *sortitione.* εἰσίω *compositum est ab* εἰς *&* ἴω *uado, pro* ἴω, ἴω *quandoque, ut hîc ponitur,* δὲ *.ε* εἰς *τὸ ι mutato, receptius est* εἶσιμι, *utrunque tempore præsenti ponitur, loco futuri non satis usitati.* δοκῆς. *Hîc domum Chremyli Carion ingreditur, quem subuerecũdè sequitur Mercurius. Illis ingreßis, chorus nonnihil tripudiat, interea sacerdos Iouis extat, qui de Pluto conqueritur eadem de causa, de qua paulò antè questus erat Mercurius. Postmodum fit, ut simul sacerdos percontari de Chremylo incipiat, & Carion domo Chremyli exeat, ut miseri sacerdotis, quæ iam sequitur, excipiat querimoniam.*

βιότιον. γράμματα. εἰσίω.

ἹΕΡΕΥ͂Σ.

Τίς ἂν φράσειε ποῦ 'στι Χρεμύλος μοι σαφῶς;

Καρ. τί δ' ἔστιν ὦ βέλτιστε. ἱερ. τί γὰρ ἄλλ' ἢ κακῶς;

Ἀφ' οὗ γὰρ ὁ πλοῦτος οὗτος ἤρξατο βλέπειν,

Ἀπόλλυμαι ὑπὸ λιμοῦ, καταφαγεῖν γὰρ οὐκ ἔχω·

Καὶ ταῦτα σωτῆρος ἱερεὺς ὢν Διός.

Καρ. Ἡ δ' αἰτία τίς ἐστιν ὦ πρὸς τῶν θεῶν;

SACERDOS.

Est' ne quis hîc, qui certò indicarit mihi, vbinā Chremylus agat. CAR. Quid rei nouæ est ô præclare? SAC. Quid aliud quàm malum esse cēses? Hercle ex quo Plutus iste visum recepit, fame interii: neque quod iam edam, mihi quidquam est relictum: etiam si sim ego sacerdos Soteris ipsius Iouis. CAR. Obsecrò quid causæ est, isthæc quod ita se habeant?

Aduerbium pro nomine

βέλτιστε, superlatiuum irregulare, ô uir optime, ironia subest: nam scit malum esse, postea quàm illi res male cedunt. ἄλλο *s.* εἴη, *fuerit.* ἢ κακῶς, *quàm male. Aduerbium est pro nomine* κακόν. *Per aduerbia dictum esset,* πῶς γὰρ ἢ κακῶς; *Rogatus autem per nomen, debuit respondere itidem per nomina* τί ἄλλο ἢ κακόν; οὐκ ἔχω, *non possum: ideo autem non potest, quòd non habeat.* καὶ ταῦτα, *idq́; præsertim uerò & quod maximè mirandum, cùm sim secerdos Iouis Soteris, quem conueniebat inter omneis Deorum sacrificos quæstum facere uberrimum.* ὦ πρὸς τῶν θεῶν. *Si* ὦ *tollis, lectio integra est: si apponis, subaudi, uel* σύ, *uel* οὗτος, *heus tu.*

ἱερ. θύειν ἔτ' οὐδεὶς ἀξιοῖ. καρ. τίνος οὕνεκα;
ἱερ. ὅτι πάντες εἰσὶ πλούσιοι. καίτοι τότε,
ὅτ' εἶχον οὐδέν, ὁ μὲν ἂν ἥκων ἔμπορος
ἔθυσεν ἱερεῖόν τι σωθείς, ὁ δέ τις ἂν
δίκην ἀποφυγών, ὁ δ' ἂν ἐκαλλιερεῖτό τις,
καὶ μετεκάλει τὸν ἱερέα· νῦν δ' οὐδὲ εἷς
θύει τὸ παράπαν οὐδέν, οὐδ' εἰσέρχεται.
πλὴν ἀποπατησόμενοί γε πλεῖν ἢ μύριοι.
καρ. οὔκουν τὰ νομιζόμενα σὺ τούτων λαμβάνεις.
ἱερ. τὸν οὖν Δία τὸν Σωτῆρα κἀυτός μοι δοκῶ
χαίρειν ἐάσας, ἐνθάδ' αὐτοῦ καταμένειν.

SAC. Nemo omnium hominum amplius vult sacrificare. CAR. Qua de re verò? SAC. Quod opibus valeant omnes. Prius cùm inopes erant, mercatorem

torem

torem vidiſſes,qui (quòd ſaluus & incolumis peregrè rediiſſet) victimam Ioui mactaſſet præ pinguem. Hoc ipſum faciebat, qui in ius vocatus, iudicio abſolutus eſſet. Alius denique luculentè ſacris operaturus, ſacerdotem accerſebat. At nunc, ne vnus quidem omnino eſt, qui vel tantillum Ioui ſacrificet, vel templum etiam eius ingrediatur, præter certè innumeram quãdam merdigerulorum turbam. CAR. Tu ab iſtis videlicet portionem accipis legitimam. SAC. Eam ob rem ſtatui, Sotere illo Ioue relicto, impoſterum hic apud vos permanere.

πάντες. hyperbole, pro maxima parte. Soli enim boni diuites erãt, qui ſua bona Pluto ferebant accepta. Improbi ſuis diuitijs ſpoliati, cõſueta peragere ſacrificia non poterant. ἥκων, ueniens ad me ex inſtituta negotiatione, ἔθυσεν ἄν, immolaſſet ἱερεῖον, uictimam nõ uulgarem, ſed τι, magnam & excellentem aliquam. τι enim quandoque præſtantiam notare antea uidimus. σωθείς, indefinitum α, à σώζομαι, à piratis, prædonibus & naufragio, à graſſatoribus & uiarum obſeſſoribus liberatus. ὁ δέ τις, unus item alius. ſ. ἔθυσεν ἂν ἱερεῖόν τι, δίκην ἀποφυγών, qui reus factus crimen intentatum declinauit, & euaſit. Eſt ἀποφυγών participium indefiniti β, ab anormi ἀποφεύγω. ἐκαλλιερεῖτο, etiam nulla cauſa externa eum impellente, præclarum ſacrificium in honorem Iouis paraſſet. Plus eſt καλλιερεῖσθαι quàm θύειν. eſt enim καλλιερεῖν, καλῶς τὰ ἱερὰ ποιεῖν, ſplendidè & magnificè ſacra facere. μετεκάλει, uocabat in ſuas ædes, ubi dum de ſacrificio ritè peragendò tractaremus, lauto interim cõuiuio excipiebar. ἁπάντων, ſatis dictum eſſet, νῦν δ' οὐδὲ εἷς θύει, niſi ex amiſſo lucro commotior animus hoc adijciundum putaſſet τοπαράπαν οὐδέν. εἰσέρχεται. ſ. εἰς τὸν τοῦ Διὸς ναόν. ἀποπατησόμενοι cacaturi, & uentrem exoneraturi. Non potuit ſacerdos contemptius loqui de Iouis ſui templo, quàm dum conferendum cum Latrina & publico ſeceſſu exiſtimauit. γε, ſaltem: hoc addit religioſè, ne mẽtitus uideatur. πλεῖν Attici pro πλέον dicũt πλεῖν, plus. ἀττικώτερον autem dictum hic uolunt πλεῖν pro πλείους plures. Sed Atticis conſuetum nonnihil eſt, aduerbia pro nominibus uſurpare. ἢ μύριοι, quàm decies mille: numerus eſt certus, pro incerto, & maximo. νομιζόμενα. Moris erat, ut quæ in ſacrificium adhiberi

τίς.

Δίκην ἀποφυγεῖν.

καλλιερεῖσθαι.

γε.

πλεῖν.

Aduerbium pro noĩe.

Μύριοι.

hiberi non possent, quòd nullius usus essent, ut pellis uictimæ, & alia huiuscemodi reijcula, sacerdotes suo quodam iure acciperent, proinde sacerdotem ludens ait, par fuisse, ut de excrementis quæ in Iouis templo ponerentur, ipse de more partem aliquam sibi auferret. τὰ νομιζόμενα. *s.* μέρη. *Genitiuus autem* τούτων *habet subauditum genitiuum* ἀποπατημάτων, *uel præpositionem* ἐκ, *ut sit,* ἐκ τούτων ἀποπατημάτων τὰ ἔθιμα λαμβάνειν. *Sacerdos ad ea quæ Carion dixit, parùm attentus (magis enim propter spectatorem, quàm propter sacerdotem hoc interiectum est) pergit dicere quod incæperat.* κἀυτὸς, καὶ ἀυτὸς, *& ego censeo. Aut* καὶ *hic abundat, aut ego quoq;, quemadmodum aiunt Mercurium fecisse, uolo, ubi Ioui uale dixero, & eius negotium curare desiero.* χαίρειν. *Quando significamus nos de aliqua re non laborare, ad nos quæ nihil attineat, dicere solemus,* χαιρέτω, *ualeat.* ἐνθάδε ἀυτοῦ, ἐκ παραλλήλου *ponuntur.*

κἀυτός.

χαίρειν.

καρ. θάῤῥει· καλῶς ἔσαι πᾶν, ἢν θεὸς θέλῃ.
ὁ Ζεὺς ὁ σωτὴρ γὰρ πάρεστιν ἐνθάδε,
ἀυτόματος ἥκων. ἱερ. πάντ' ἀγαθὰ τοίνυν λέγεις.
καρ. ἱδρυσόμεσθ' οὖν αὐτίκ' (ἀλλὰ περίμενε)
τὸν πλοῦτον οὗπερ πρότερον ἦν ἱδρυμένος.
τὸν ὀπισθόδομον ἀεὶ φυλάττων τῆς θεοῦ.
ἀλλ' ἐκδότω τις δεῦρο δᾶδας ἡμμένας,
ἵν' ἔχων προηγῇ τῷ θεῷ σύ. ἱερ. πάνυ μὲν οὖν,
δρᾶν ταῦτα χρή. καρ. τὸν πλοῦτον ἔξω, τις, κάλει.

CAR. Bono animo esto. Omnia, Deo annuente, rectè habebunt. Tuus ille Iupiter soter in hisce ædibus est, quò suapte sponte venit. SAC. O faustum & felicẽ nuntium! CAR. Sustine parumper nos postmodũ Plutum illic collocabimus, vbi prius Iupiter positus, arcem Palladis perpetuò adseruabat. Agè, faces huc proferat aliquis accensas: tu eas Plutum præcedens gestabis. SAC. Lubentissimè sanè. Sunt quæ dixisti nobis omnino facienda. CAR. Plutum quispiam foras euocet.

θάῤῥει. Antea cùm Carion ingressus est domum Chremyli cũ Mercurio, audiuit Chremylum in animo habere, deducere Plutum in arcẽ Palladis, quàm prius occupabat Iupiter Soter, ut ab augustiore eo loco gloria maior Pluto esset, tam angustas enim Chremyli ædes tanto numini non conuenire. Iam ergo Carion nactus sacerdotem Iouis, qui Ioue relicto optet Pluto adiungi, cupidè eum retinet: magnũ enim cũctis erit ex hac re indicium, Plutum ipso Ioue esse potentiorem. ἢν θεός. De quo Deo intelligit? De nullo speciatim: ratio tantum loquẽdi est, quàm boni ominis causa, de re futura uerba facientes, uulgò usurpare solent. Propterea quandoque pluraliter etiam effertur. ἄικε θεοί γ' ἐθέλωσιν. Siquidem Dijs ita uisum fuerit. αὐτόματος nomen est, ultroneus, spontaneus pro aduerbio αὐτομάτως ultrò, spontaneè. Composita dictio plerisq; uidetur ab αὐτῦ & ab ἀχρήσῳ uerbo μάομαι, excitor, promptus sum. Sonat ergo αὐτόματος ἀφ' ἑαυτοῦ προθυμούμενος, à seipso inductus ut ueniret, nemine eum uocante, ἄκλητος non uocatus, quomodo irrumpunt in præpotentum ædes, qui tenuioris sunt fortunæ. πάντα. Omnium bonorum cumulus mihi in eo est, quod ais. Quid est enim quod posthac Iupiter mihi succenseat, ad uos quod diuerterim, si ille tantus idem prior fecit? ἱδρυσόμεθα, Attica forma, pro ἱδρυσόμεθα. περίμενε. Cariõ multa secum in animo uoluit, quibus efficiat, ut aliquando cesset uerbis fouere, & retinere hunc sacerdotem: propterea rogat ut dum rem occœptam tractabit, ipse interea quod fiet, æquanimiter ferat. οὗπερ, pro solo οὗ, quod ipsum pro ὅπου, ubi, quo in locó, accipitur. ἦν. s. Ζεύς.

ὀπισθόδομον. Athenis post templum Palladis, locus erat munitißimus, quem uocant ὀπισθόδομον, quod esset δόμος ὄπισθεν τοῦ τῆς ἀθηνᾶς ναοῦ. Arcem fuisse ferunt, in cuius medio Atheniense ærariũ recondebatur, proinde θησαυροφυλάκιον dicebatur. Illius loci custos perpetuus erat Iupiter Soter, illicq; religiosißimè colebatur. Hi statuunt, Ioue illinc deposito, Plutum in eius locum substituere. τοῦ θεοῦ. Atticum est, uoces masculinas in fœmininas transferre: τῆς θεᾶς. s. παλλάδος, uel Ἀθηνᾶς. Simpliciter autem & absolutè θεά apud Athenienses Pallas uocatur: fuit enim illa ciuitatis Atheniensium præses, adeò propitia, ut eorum δυσβουλίαν, id est, incogitantiam, stulta et inconsulta consilia, benè uertere crederetur. ἀλλ' ἐκδότω. Carion iam occupatiorem se monstrat in instruenda pompa, cum qua deducendus est Plutus. πάνυ μὲν οὖν. s. δᾷδας ἔχων προηγήσομαι.

τις καλεῖ. Poßis cum interrogatione legere. Quis uocat, id est, uocare uult Plutum? Sed per imperatiuum ait, κάλει, uoca. uisus est

αὐτόματος. Nomẽ pro aduerbio.

οὔπερ.

ὀπισθόδομος.

θησαυροφυλάκιον.

Pallas.

Chremyli domum anteà ingressa, cùm re infecta uidet Plutum exire, & omnes iam ad pompam accingi, de recuperando amico spem nullam ipsi relinqui, lamentabili uoce exclamat, ἐγὼ δὲ τί ποιῶ? *Ego autem quę tam atroci iniuria sum affecta, quid faciam? quò me uertam? Carioni ridiculè eius uerba excipit, & quasi illa roget, quidnā in ea pōpa factura sit, cum præsertim omnes rei alicui gerendæ intenti sint, ait,* τὰς χύτρας *&c.* τὰς χύτρας. *Moris erat tum in dicandis aris, & cuiuspiam Dei statua sacranda, ut mulier adesset, uestibus cōpta uarij coloris (eò fortasse res spectabat, ut colorum uarietas uariam significaret hominum alacritatem, & multiplicem numinis potestatem) Præterea ut muliercula ad eum modum uestita, ollas secum ferret leguminbus coctis plenas, quæ primitiæ essent, & noui Dei libamina prima.* ἆις. *s.* σύ. λαβοῦσα, *ubi acceperis, acceptas.* σεμνῶς, *grauiter, & reuerenter, neq; hoc scommate caret: quo enim magis se componet anus ad grauitatem, eo, uel Dijs ipsis, risum ciebit maiorem.* αὐτή. *Vltro, nemine te admonente ut* ποικίλα *gestares, etiam si peropus erat, ut in exornanda sic muliere, laborandum nobis fuisset. Ea autem induerat, non ut Deo ita placeret, sed ut amatum adolescentem in amorem sui ita pelliceret.* ποικίλα *post* ἔχουσα. *s.* ἱμάτια. ὢρ δ'. *Imperfecta est oratio, subaudiendum quid tandem futurum? aut aliud huiusmodi. Carion satis intelligens mentem aniculæ, uerba illi obtruncauit in ore, omniaq; illi promittit secunda, ueritus ne ea de gestandis ollis sententiam mutet.* πεπράξεται, *paulò pòst futurum rem notat, breuiter futuram. Et hinc animum recipiet anus.* ὥς σε. πρὸς σέ. *adeò captus erit amore tui. Antea .n. anus dicebat se ituram ad adolescentem, nunc contrà fit.* εἰς ἑσπέραν. *Eo animo profert hoc Carion, ut uelit intellectum ad anum iuuenem iturum nunquam.* νὴ Δία. *Virile magis, quàm muliebre iusiurandū, sonat quasi diceret, Per Deum, quod ex animo & asseueratione summa profertur. Vide autem, quæso, in re indecenti, quo affirmatius uetula iurat, hoc stolidiorem se, & magis ridiculam præstat.* οἴσω, *futurum est ab anormi* φέρω. καὶ μὴν. *Ollis uetulæ capiti impositis, Carion ad spectatorem conuersus, & digito ollas ostentans, hoc ait,* αὗται. *s.* χύτραι. ἡ γραῦς ἔπεστι. *De nomine* ὁμωνύμῳ *& uarias res significanti, sumitur hic iocandi occasio.* γραῦς *enim quandoq; spumam notat, quæ feruente olla supernatat, quomodo accipiendum uult, dū ait,* ἡ γραῦς ἔπεστ' ἀνωτάτω. *Quandoque autem, & ferè semper, anum significat, quo sensu per metaphoram anum hanc uocat spumam, sordes, id est, sordidam, immundam, & ob omnibus reijciendam, concul-*

Ollæ in sacris.

αὐτός.

Nomen tacitum.

νὴ Δία.

οἴσω.

γραῦς.

ἐπιπλοῦς. *candamq;.* ἐπιπολῆς *quod & δὴ* ἐπιπολῆς *dicitur, significat* ἐπάνω, *supra, in summo, genitiuum amat.* Ergo, *Carionis præsertim diligentia, compositis omnibus, sacerdos cum faculis, anus cum ollis, Chremylus cum aliquot alijs, honorificè, solenniq; adhibita pompa, Plutum in* ἐπισθόδομον τοῦ θεοῦ *deducere parant, quos dum continua seriè chorus progredi uidet, populo finem actionum expectanti, quod sequitur ait.*

ΧΟΡΟΣ.

οὐκ ἔτι τοίνυν γ' εἰκὸς μέλλειν, οὐδ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἀναχωρεῖν
εἰς τοὔπισθεν· δεῖ γὰρ κατόπιν τούτων ᾄδοντας ἕπεσθαι.

CHORVS.

Nihil est, quod diutius hîc hæreamus, imò verò ipsa res postulat, vt hos proximè sequētes, edito cantu, hinc nos recipiamus.

τοίνυν, *itaque, quoniam uidelicet omnes hinc abeunt.* οὐκ εἰκὸς *s.* ἐστί. οὐδ' ἡμᾶς, *neque nos qui hucusque inseruiuimus Comœdiæ, dum post alios alij prodirent actores.* τοὔπισθεν εἰς τοὔπισθεν. εἰς τὸ ὄπισθεν, *retro. Dum Chorus hæc dicit, oculos in spectatores intendit, à tergo Plutum & reliquam pompam incedētem habet, quos non prius subsequetur, quàm* εἰς τοὔπισθεν *conuertatur.* τούτων. *Dixisset* ἕπεσθαι τούτοις, *sed* κατόπιν *cum genitiuo adiecit, ut doceret Chorū simul, continuoq; tractu, cum alijs abire debere.* ᾄδοντας. *Ad chorum enim* χορεύειν, *pertinet,* καὶ ᾄδειν· & *comica lege exitus Comœdiæ lætus esse debet.*

FINIS.

IMPRIMEBAT CHRISTIANVS WEchelus sibi, & Mathurino Dupuys, Anno 1549.